DE POLLUCIS ET PHRYNICHI CONTROVERSIIS

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI RITE IMPETRANDOS SCRIPSIT

MAURITIUS NAECHSTER
GLASHUETTENSIS

R B
L

LIPSIAE
DR. SEELE & CO.
MCMVIII

RETTULERUNT AD ORDINIS PHILOLOGOS DE HAC DISSERTATIONE

LIPSIUS BETHE

LIPSIAE D. XVIII M. DEC. A. MCMVII.

PROCANCELLARIO

STIEDA

WINFRIEDO LINDNER

ERNESTO SCHWABE

PIETATIS ERGO.

Argumenti tabula.

Praefatio.

In Pollucis onomastici libris I—V laudandis Bethei editionem (1900) secutus sum, cuius alteram partem mox editum iri omnes valde sperant, Bekkeri (1846) in libris VI—X. Ceterae vero editiones non laudantur nisi perpaucis locis editoribus nominatis. Semper Phrynichi editionis Rutherfordianae (1881) numeris titulorum et paginarum numeros paginarum apposui editionis Lobeckianae (1820) quamvis foeda in charta Weidmanni expressae. Neque enim Rutherfordius editionem Lobeckii obscuravit (cfr. Cohnium, Philologischer Anzeiger XIII 1883 p. 463 sqq.), saepe eam excerpsit tantum, denique libri sui usum difficilem fecit, cum numeris Latinis usus sit in glossis recensendis, Phrynichi verba in adnotationum mole occultaverit ne titulis quidem glossarum in foliorum capitibus ascriptis, frontes libri ita non poliverit, ut in evolvendo semper plura folia una transeas. Neque indici Dindorfii confidendum est et Lobeckii Rutherfordiique numeri saepe fallunt. Philostrati Vitarum sophistarum paragraphos laudavi secundum editionem Westermannianam (1846), cum totiens Philostratum adierim, ut Kayseri paragraphi, quas viri docti laudare solent, longiores esse viderentur, quam ut ei quibus usus sum, loci facile invenirentur.

Indicibus exornavi libellum quam largissimis, quo facilius qui totam quaestionem perlegere neque vult neque potest, ea inveniat, quae ad usum suum spectare putat. Nam tot disser-

tationes frustra totas perlegi, quippe quae indicibus vacarent, ut ipse vexatus viros doctos in hoc opusculo operam et tempus perdere nolim.

Affixa est tabula, in qua quae fuerint inter discipulos Herodis Attici celeberrimos rationes, quam facillime conspicitur.

Denique facere non possum quin hoc loco viris doctis G. de Vries et H. Rostagno, praefectis bibliothecarum Leidensis et Florentinae Laurentianae, gratias agam quam maximas.

I.

Quomodo Phrynichus et Pollux inter se contenderint.

§ 1. De comoedia Pollucis fonte.

Veterum quos laudat libros Pollucem non ipsum inspexisse ad lexicon vocum Atticarum instituendum, cuius epitome superest[1]), sed aliorum lexicographorum copiis usum esse, imprimis Pamphili lexico[2]) sive integro sive a Vestino in angustum coacto[3]), nec minus libris de singulis quibusdam rebus compositis, velut Jubae *περὶ θεατρικῆς ἱστορίας*[4]), Rufi Ephesii *περὶ ὀνομασίας τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων*[5]), Aristophanis *περὶ ἡλικιῶν* libris[6]), viri docti cum iamdudum intellexerint, dubium esse non potest, quin Pollux ne comicos quidem quos laudat poetas omnes ipse inspexerit. Nam quamquam comoedias se legisse simulat (cfr. X 49), excusat quod Critonis Messeniam et Rhinthonis

---

1) Cfr. Betheium Nachrichten von der Königl. Gesellsch. d. Wissenschaften zu Göttingen 1895 p. 324, 333 et in editionis praef. p. V, XVII. De reliquiis codicis paulo uberioris agit E. Miller Revue archéologique N. S. XXVII 1874, p. 260 sqq. (cfr. Bethei edit. p. XIV cum nota).

2) Fedor Stoientin De Iulii Pollucis in publicis Atheniensium antiquitatibus enarrandis auctoritate 1875, p. 89.

3) G. F. Schömann Fleckeisenii Jahrbücher CXIII 1876, p. 181 sq. R. Schöll Jenaer Literaturzeitung III 1876, p. 598.

4) Erwin Rohde De Iulii Pollucis in apparatu scaenico enarrando fontibus 1870.

5) Eduard Zarncke Symbolae ad Iulii Pollucis tractatum de partibus corporis humani 1884 p. 5 sqq.

6) Vide Bethei commentarium ad Pollucis II 8 sqq. compositum.

Telephum adire non potuerit (X 35)[1]), tamen nonnullis locis se ex aliorum copiis sua hausisse ipse concedit (velut X 108 *ἐν δὲ ταῖς Ἱππάρχου Παννυχίσιν εὑρῆσθαί φασι*). Neque dubitare potuit, utrum *Ζωγράφοι* an *Γεωγράφοι* Anaxandridis comoedia inscripta esset (X 59), si argumentum fabulae cognovisset. Qua de causa utrum Pollux comoedias ipse legerit necne diiudicari posse Althaus iniuria negasse mihi videtur[2]).

Re vera Aristophane laudato Pollux saepe idem profert quod in scholiis Aristophaneis legimus, quorum maximam partem circa annum 100 p. Chr. n. confectam esse scimus[3]). Atque conferas velim schol. in

Acharn.	108	cum	Poll.	X	164	sq. (*ἀχάνη*)
	181	„	„	X	35	(*σφενδάμνινος*)
	333	„	„	X	111	(*λάρκος*)
	507	„	„	VII	24	(*περιεπτισμένοι*)
	888	„	„	X	94	(*ῥιπίς*)
	933	„	„	VII	164	(*πυριρραγῆ κεράμια*)
	937	„	„	X	116	(*λυχνοῦχος*)
	1033	„	„	X	121	(*ἐξάλειπτρον*)
Eccles.	868	„	„	X	12	(*παμπησία*)
	1119	„	„	X	72	(*τὰ Θάσια ἀμφορείδια*)[4]).
Equ.	1185	„	„	II	212	(*ἐντερόνεια*)
Heroum vs (fr. 313 K)			„	VII	21	(*τηλία*)
Pac.	18	„	„	X	102	(*ἀντλία*)
Ran.	8	„	„	VII	175	(*ἀναφόρον*)
	549	„	„	IX	64	(*ἡμιωβολιαῖον*)
	725	„	„	IX	90	(*χρυσίον*)
Thesm.	1175	„	„	IV	100	(*ὄκλασμα*)
Vesp.	1436	„	„	VI	91	(*ἐχῖνος*).

---

1) cfr. p. 29 adn. 1.

2) Althaus Quaestionum de Iulii Pollucis fontibus specimen 1874 p. 36.

3) Wilamowitz Herakles I[1] 1889 p. 179 sq.

4) Pollucem Ecclesiazusarum verba, non Acharnensium quos putat laudare viri docti nondum cognoverunt.

Deinde Aristophane non laudato Pollux cum scholiastis Aristophaneis consentit. Quo fit, ut comparanda sint schol. in Eccles. 128

et in Acharn.	**44**	**cum**	**Poll.**	**VIII**	**104**	**(περιστίαρχος)**
Equ.	**577**	„	„	**VII**	**179**	**(ἀπεστλεγγισμένοι)**
„	**979**	„	„	**IX**	**34**	**(δεῖγμα)**
„	**1150** [1]	„	„	**VIII**	**16**	**(χοιρίναι)**
Nub.	**446**	„	„	**VI**	**123**	**(βδελυρός)**
	864	„	„	**X**	**168**	**(ἀμαξίς)**
	1201	„	„	**V**	**120**	**(ἀβέλτερος)**
	1364	„	„	**X**	**69**	**(μυρρίνη)** [2]
Pac.	**70**	„	„	**V**	**82**	**(ἀναρριχᾶσθαι)**
	199	„	„	**VII**	**147**	**(κύτταρον)**
Plut.	**535**	„	„	**VII**	**110**	**(φῷδες)**
Ran.	**330**	„	„	**VIII**	**86**	**(θεσμοθέται . . . . μυρρίνῃ ἐστεφάνωντο)**
	745	„	„	**II**	**58**	**(ἐποπτεύειν)**
Vesp.	**525**	„	„	**VI**	**100**	**(ἀγαθοῦ δαίμονος).**

---

[1]) Cfr. Aristotelis *Ἀθην. πολιτ*, col. 35 Blass 1898[3] p. 112.

[2]) Pollux in uno symposio plures archontes esse dicit, quamquam unus hoc munere fungebatur. A. Mau apud Pauly-Wissowam IV 1901 p. 612, 62 sqq. Tum munus illud non toties ab alio ad alium transferebatur, ut „pedisequo egerent, qui mensam portavit in qua deponere soliti erant myrteas illas coronas si a publicae rei cura vacarent" (Hemsterhusius editor Amstelodamensis 1706). Myrteas autem frondes in symposio a c a n e n t i b u s acceptas esse nobis tradit Dicaearchus in schol. in Nub. 1364, cfr. Reitzensteinii Epigramm und Skolion 1893 p. 3 sqq. Itaque cum modo hic modo ille cantilena sodales delectaret, trapezophori servi munere opus erat, nisi quod *τραπεζοφόρος* ad eam me sam spectat, de qua Aristoxenus tradit apud schol. in Plat. Gorg. 451 E (ed. Hermann VI 1902 p. 302). Quodsi *ᾄδουσι* pro *ἄρχουσι* scripserimus, vera Pollucis manus restituetur. Corruptela intellegitur ex *Δ* litera vetustissimi codicis in formam quandam X literae simillimam corrupta. Postea, cum librarius aliquis (fortasse is qui „unum illud compressi Onomastici exemplar, cui soli eius memoriam debemus, litteris maiusculis . . exaratum" scripsit, Bethe in edit. praef. p. VI) in *ΑΙΔΟΥΣΙΝ* literis X pro *Δ* legeret et in I litera curvaturam ⊃ aut evanuisse aut neglectam esse putaret, facile fieri potuit, ut *ΑΡΧΟΥΣΙΝ* scriberet.

Sufficiant haec exempla (cfr. p. 5 adn. 2).

Neque tamen Pollux scholiis quae habemus Aristophaneis usus est. Nam scholia quaedam Pollucis demum temporibus vel post Pollucem mortuum composita sunt (cfr. Poll. IV 180 cum schol. in Pac. 1150 et Herodiano ed. Lentz I 1867, p. 111, 20. In schol. l. scr. pro ιε΄ : ε΄), tum ad nonnullas voces probandas, quas isdem fere verbis quibus scholiasta explicat, praeter Aristophanem alios laudat testes (cfr. Poll. VII. 164 cum schol. in Acharn. 933). Quin etiam a scholiastis Aristophaneis dissentit (cfr. Poll. X 136 cum schol. in Acharn. 1086,
X 168 „ „ „ „ 1034,
X 49 „ „ in Ran. 121).

Immo Pollucis glossae ex Alexandrinorum lexicis haustae esse videntur id studentium, ut voces Atticas ex omnibus scriptoribus philosophis poetis oratoribus aliis in unius lexici corpus congererent, quae lexica quomodo instructa fuerint, ex Athenaei dipnosophistarum l. VI 267c facile cognosci potest, ubi Clitarchi ipsius verba ascribuntur: *καλοῦνται δ' οἱ δοῦλοι, ὡς μὲν Κλείταρχός φησιν ἐν ταῖς Γλώσσαις, ἄζοι καὶ θεράποντες καὶ ἀκόλουθοι καὶ διάκονοι καὶ ὑπηρέται, ἔτι δ' ἐπάμονες καὶ λάτρεις.* Synonyma igitur Clitarchus acervat eadem qua Pollux ratione[1]) et testes a glossographis Alexandrinis esse laudatos idem Athenaeus saepe numero nos docet.

Consentit Pollux

X 75 (*λεπαστῇ*) cum Ameria < *ἐν ταῖς Γλώτταις* > apud Athen. XI 485d.

VI 110 (*λάταξ*) cum Clitarcho *ἐν τῇ περὶ Γλωττῶν πραγματείᾳ* apud Athen. XV 666c.

VI 81 (*ἰσχάδες χελιδόνιοι*) cum Philemone *ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀττικῶν Ὀνομάτων* ap. Athen. XIV 652cf.

VI 19 (*ἔφηβος*) cum eodem *ἐν τῷ περὶ Ἀττικῶν Ὀνομάτων ἢ Γλωττῶν* ap. Athen. XI 469a.

---

[1]) Pollux igitur veterum lexicographorum consuetudinem sequitur, non novam suam ipsius rationem, quod posuit Revillout Mémoires de l'Académie des Sciences et Lettres de Montpellier VI 1880 p. 51.

Neque tamen Athenaeus[1]) neque Pollux horum libros ipse adiit, sed apud Pamphilum eorum thesauri congesti erant auctoribus laudatis. Quod intellegitur ex Athen. XV 677 b. *Θεόδωρος δ' ἐν ταῖς Ἀττικαῖς Φωναῖς, ὥς φησι Πάμφιλος ἐν τοῖς περὶ Ὀνομάτων, πλοκῆς στεφάνων γένος τι τὴν ὑπογλωττίδα ἀποδίδωσιν*, quocum conferenda est Pollucis explicatio vocis illius a Platone comico adhibitae II 108 *καὶ ὑπογλωττὶς στεφάνου τι εἶδος*. Itaque verisimile est ex Pamphili imprimis numerosis et largis voluminibus Pollucem etiam comicorum quos laudat voces Atticas hausisse.

Neque vero est, cur Polluci diffidamus se ex multorum hausisse libris dicenti IV 2, dummodo hos libros lexicographorum copias et eorum volumina intellegamus, qui de certis quibusdam rebus scripserunt. Nam praeter Pamphili thesauros duo quae modo commemoravi fontium genera se inspexisse Pollux ipse nos docet, cum IX 1 Gorgiae Onomasticon, X 1 Eratosthenis *Σκευογραφικόν* adiisse se dicit. Quae cum ita sint, Epaphroditi lexico praeter Pamphili usum esse Pollucem mirum non est, quod apparet ex Poll. l. VIII 16 cum schol. in Equ. 1150 et in Vesp. 332 collato (*χοιρίναι*).

Sed cum non solum veteris, sed etiam mediae vel novae comoediae auctores Pollux laudet, quamnam rationem in illis auctoribus citandis secutus sit cognoscere magnopere nostra interest. Quam rationem ex his Pollucis locis intellegimus: I 79 *τῶν δὲ οἰκιῶν πρόδομος καὶ δῶμα καὶ δωμάτιον καὶ κοιτών· εἰ γὰρ καὶ Μένανδρος αὐτὸ βαρβαρικὸν οἴεται, ἀλλ' Ἀριστοφάνης ὁ κωμῳδοδιδάσκαλος τὰ τοιαῦτα*[2]) *πιστότερος αὐτοῦ, εἰπὼν ἐν Αἰολοσίκωνι· Κοιτὼν ἁπάσαις εἷς, πύελος μί' ἀρκέσει.*

---

[1]) J. Schönemann de lexicographis antiquis qui rerum ordinem secuti sunt quaestiones praecursoriae 1886 p. 78 sqq.

[2]) In ipsa architectura igitur vetustiores comicos se secuturum esse pronuntiat; itaque in l. VII 117—125 multae voces ex Aristophane sumptae sunt, velut VII 119 *ἐρέψομεν πρὸς ἀετόν* ex Av. 110 (v. schol.), *ἀποτειχίζειν* ex Av. 1576, *προμαχεῶνας ἐπάλξεις* ex Acharn. 72 (v. schol.), 121 (= VIII 124) *κιγκλίδες* ex Equ. 641 (v. schol.), 123 *θεμελίους* ex Av. 1137, *κατῆλιψ· ἡ μεσόδμη* ex Ran. 566 (v. schol.), 124 *χάλικες* ex

III 29 *οἱ δ' ἐκ τῶν ἀνεψιαδῶν ἀλλήλοις ἐξανέψιοί τε καὶ ἐξανέψιαι. τούτῳ δὲ τῷ ὀνόματι οὐ πάνυ τετριμμένῳ κέχρηται Μένανδρος, ᾧ ἀεὶ μὲν οὐ χρηστέον ὡς οὐκ ἀκριβῶς Ἑλληνικῷ, ἐπὶ δὲ τῶν ἀκατονομάστων πιστευτέον· ὧν γὰρ γενῶν ἢ πραγμάτων ἢ κτημάτων ὀνόματα παρ' ἄλλοις οὐκ ἔστι, ταῦτα ἀγαπητὸν ἂν εἴη καὶ παρὰ τούτου λαβεῖν.*

VII. 28 *τὸ δὲ ὄνομα ὁ νακοτίλτης εἰ καὶ Φιλήμων αὐτῷ κέχρηται ἐν Ἁρπαζομένῃ, ἀλλ' οὐκ ἀνεκτόν, εἰ μὴ τὸ ῥῆμα ἦν ἐν χρήσει παλαιότερον· καίτοι δ' γε Κρατῖνος ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ φησί· νακότιλτος ὥςπερεὶ κωδάριον ἐφαινόμην.*

VII 111 *οἷς προςθετέον ὅτι ἣν Ὅμηρος μὲν εἴρηκε κορώνην οἱ δὲ νῦν κόρακα, οὕτως ὠνόμασε καὶ Ποσείδιππος ἐν Γαλάτῃ, εἰπών· κόρακι κλείεθ' ἡ θύρα. ἔστι μὲν οὖν οὐ κεκριμένη τοῖς νέοις ἡ φωνή, ληπτέον δὲ καὶ τὰ σπάνια, εἰ καὶ μὴ παρ' αὐτῶν εἴη χρηστέα.*

. Veteris igitur Pollux comoediae auctores auctoribus novae anteponit neque horum voces se afferre velle dicit nisi aut ab antiquioribus iam adhibitas invenerit aut apud antiquiores rerum nomina frustra investigaverit. Qua de causa evenit, ut

Philemonem VII 28 (*νακοτίλτης*)
Philonidem III 101 (*ἐπιχάρτης*)
Posidippum III 101 (*ἐπίχαρμα*)
Menandrum nonnunquam castiget:

I 79 v. p. 5.
II 82 *φαῦλον δ' ὁ Μενάνδρου ἀκουστής.*
VI 25 *ὁ γὰρ μέθυσος ἐπὶ ἀνδρῶν Μενάνδρῳ δεδόσθω.*
VI 38 *παμπόνηρον δὲ ὁ Μενάνδρου ὀψωνισμός.*
VI 161 *τῶν μέντοι Μενάνδρου τὸ μὲν ἡμιφυὲς καὶ ἡμίγραφον ἀνεκτά, τὸ δὲ ἡμιλάσταυρον παμπόνηρον.*
IX 159 *φαῦλος γὰρ ὁ Μενάνδρου νουθετισμός.*

Av. 889 (v. schol.), 125 *κονιατήν* ex Av. 1150, *τύκοι, τικίζειν* ex Av. 1138 (v. schol.), *ὑπαγωγεύς* ex Av. 1148 (v. schol.), *πέλεκυς* ex Av. 1155 (v. schol.), *κανών, διαβήτης* ex Av. 1002 sq.

Verumtamen cum novae comoediae auctores, quamquam in ceteris libris alteros nusquam alteros raro praedicat testes, in libro X non solum nunquam castiget, sed etiam saepissime laudet, Pollucem in libro X aliam rationem recentium comicorum laudandorum secutum esse manifestum est (b), aliam iniit in opere instituendo (a).

(a) Nam qua sollertia in libri X exordio ex *σκευοθήκη* voce metaphorice dicta statim ad huius vocis synonyma explicanda facete transit[1]), eadem ex lecto et lasano descriptis (§ 32—45), quibus noctu utuntur, describere pergit ea instrumenta, quae a prima luce usque ad vesperum secundum temporis spatia in usum veniunt, ut libellum de ipso cottidiano sermone scribere videatur. Quam libri X mediae partis institutionem, ut brevis sim, ex singulis capitibus exscriptis exponam, quo magis quam artis vinculis inter se coniuncta sint, appareat: A. § 46 *ἐξαναστάντι δ' ἐξ ὕπνου τὸ πρόσωπον ἀπονίπτεσθαι δέον, ὁ παῖς πρόχουν τινὰ ἔχων προσοίσει, νεαροῦ τοῦ ὕδατος ἐπιχέων κατὰ λέβητος ἢ λουτηρίου τινός* ... B. § 47 *κείσθωσαν δ' ἐν τῷ κοιτῶνι θρόνοι* ... C. § 49 *παρακεῖσθαι δέ σοι χρὴ βλαύτας, βλαυτία, ὑποδήματα* ... § 51 *τὰ δὲ τῆς ἐσθήσεως εἴδη προειρηκώς* (VII 46 sqq.), *οὐκ ἂν δέοι μοι ἐνταῦθα πολυλογεῖν. οὐ τοίνυν οὐδὲ δακτυλίους καὶ σφραγῖδας καὶ σφραγίδια χρὴ νῦν ἐπιλέγειν.* D. *ἀλλ' εἰ μὲν αἰωρήσει τῇ δι' ὀχημάτων χρῷτό τις περὶ τὴν ἕω, θέρους ὄντος, πρὶν ἢ τὸν ἥλιον περιφλέγειν, τὰ εἴδη τῶν ὀχημάτων*[2]) *ἰστέον* ... E. § 57 *εἰ δὲ ἀπὸ τῆς αἰωρή-*

[1]) Eiusdem ingenii est I 2 *ποιήσομαι δὲ τὴν ἀρχὴν ἀφ' ἂν μάλιστα προσήκει τοὺς εὐσεβεῖς, ἀπὸ τῶν θεῶν· τὰ δ' ἄλλα ὡς ἂν ἕκαστον ἐπέλθῃ, τάξομεν.* Sed fortasse Pollux hoc initium ex usu grammaticorum cepit, cfr. Photium cod. 161 ed Bekker p. 103 a, 20 de Sopatro.

[2]) De curru iam agunt I 142—148. In § 142 Bekker et Bethe non recte scribunt *τρεῖς δ' ἔχοντος τοῦ ταρρίου πλευρὰς τὰς κατὰ τοὺς ἵππους, τὸ ἀνώτατον ξύλον καπάναξ καλεῖται* ... Cum A V II legendum est *πλευράς, τῆς κατὰ τοὺς ἵππους τὸ ἀνώτατον ξύλον* ... Nam primum currus ad equos versus unam frontem habet non tres, tum cum hac fronte duo latera (*τῶν δὲ πλαγίων πλευρῶν* § 143) comparantur. *Τάρριον* nomen cratis currulis sumptum est a canistro sacrificantium, cuius

σεως ἢ καὶ ἀπό τινος περιπάτου ἐν στοᾷ ἢ δρόμῳ ἢ ἄλσει γενόμενος ἐπὶ τὴν πρὸς τὰ βιβλία συνουσίαν τις τράποιτο, ὥρα αὐτῷ ἔχειν βιβλία . . . F. § 61 *Δικάζειν μὲν οὖν ὁπότε δέοι, σκεύη ἂν εἴη δικαστικὰ* . . . G. § 62 *Ἐπὶ δὲ γυμνάσιον ἐντεῦθεν τραπομένῳ λήκυθος ἐλαιηρά τις ἔστω* . . . § 63 *καὶ μέντοι τῶν ἐν αὐτῷ τῷ βαλανείῳ σκευῶν ὀνόματα* . . . H. § 65 *Εἰσελθόντι δὲ μετὰ γυμνάσιον*[1]), *εἰ καὶ πρὸ τοῦ πιεῖν θυτέον τε καὶ σπειστέον, θυμιατήριον ἄν τίς σοι προσκομίζοι* . . . § 66 *Τραπομένῳ δ' ἐπὶ τὸ πίνειν*, . . . I. § 123 *Δειπνήσαντι δὲ καὶ πρὸς κοίτην τραπομένῳ τὰ μὲν στρώματα καὶ ἐπιβλήματα προείρηται* (X 38 sqq), *ἐν καιρῷ δ' ἂν εἴη τὸ παρ' Ὁμήρῳ ἱμάτιον ἐνεύναιον* . . . § 124 *καὶ τὰ μὲν ἐπὶ πλεῖστον ἀναγκαῖα τῇ καθ' ἡμέραν χρήσει σκεύη προείρηται· συναπτέον δὲ δι' ὀλίγων καὶ τὰ λοιπά, οἷον* . . .

Unamquamque sententiam cum ea quae antecedit artissime conexam esse videmus, ut quo consilio hanc partem composuerit Pollux manifestum sit. Qua ex re facile cognoscitur quomodo Hermonymus Spartanus ut Cottidiani colloquii libellum, qui ipse quoque ad cursum diei est instructus eisdemque de rebus agit saepe eisdem verbis ac Pollux, Polluci vindicaret commotus sit, cuius lexicon s. XV et XVI, quia saepissime est transcriptum, apud omnes puto pervagatum fuisse[2]).

---

quartum latus ipsum quoque patet. Huius canistri formam habes apud Schreiberum Die hellenistischen Reliefbilder 1894 tab. 69, 70, 101, Campanam Antiche Opere in Plastica II 1851 tab. 45, 46, Reinachium Pierres gravées 1895 tab. 112, 50. 137, 70 et Répertoire de la statuaire I 1897 tab. 217, Graevenium, Antike Schnitzereien aus Elfenbein und Knochen I 1903 tab. 78 (cfr. p. 127 sq.). Cfr. Graefium, Arch Jbch. VI 1891 p. 45.

[1]) Pollux igitur non de balneis Graecis, sed Romanis (sive thermis) agit, quibuscum gymnasia erant coniuncta. Marquardt, Das Privatleben der Römer I 1886² p. 275. Durm, Die Baukunst der Etrusker. D. B. d. Römer 1905 p. 700.

[2]) Sed fortasse Hermonymo nimium doctrinae tribuimus, quem „illiteratum et potissimum Latine parum doctum fuisse" Krumbacher, De codicibus quibus Interpretamenta Pseudodositheana nobis tradita sunt 1882 p. 58 dicit. Nam cum codex Parisinus 3049 ab Hermonymo exaratus „nihil aliud sit quam Interpretamentorum Mona-

Verumtamen de Iulio Polluce cogitari nullo modo posse recte commemorant Haupt[1]) Krumbacher[2]), Schoenemann[3]). Neque enim solum multae huius colloquii voces apud Pollucem frustra quaeruntur, sed etiam inter eas reperiuntur quae repudiantur a Polluce, velut ἐγκοίμητρα 105 in Poll. l. X 123[4]), οἰκοδεσπότης 268 in l. X 21, κέρμα 614 in l. IX 88, neque unquam ὄψις 101 apud Pollucem idem valet quod πρόσωπον, — vulgo id tribuit Photius ed. Naber II 42 —, sed aut oculos aut aspectum significat. Falsum autem est quod Revillout ad sententiam Boucherianam fulciendam profert argumentum, cottidiano sermoni studentibus alias voces Pollucem commendasse dicens atque in lexico legantur. Immo, cum in ceteris libris cottidiani sermonis copias se parare Pollux et in praefatione totius operis et aliis multis locis dicat, librum decimum ob eum ipsum sermonem eo quem cognovimus ordine instituit[5]).

(b) Instrumentorum autem nomina ex comoediis imprimis

---

censium praefatiuncula, colloquium scholasticum (libri I), tabulae cottidianae (l. III) in unum coniuncta" (p. 50) et Beatus Rhenanus „qui colloquii Monacensis editionem principem instruxit" a° 1516 (p. 47), primum librum eius opusculi, cuius tertium edidit, instar Iulii Pollucis esse institutum dicat, equidem Hermonymum, qui s. XVI ineunte floruit, ex Rhenani praefatione parum intellecta colloquium cottidianum Polluci puto vindicasse.

[1]) M. Haupt, Index lectionum hibernarum Berol. 1871 = Opuscula II 442.

[2]) K. Krumbacher, De codicibus quibus Interpretamenta Pseudodositheana nobis tradita sunt 1882 p. 1 sqq., 50 et Colloquium Pseudodositheanum Monacense in Abhandlungen Wilhelm von Christ dargebracht 1891 p. 307.

[3]) J. Schönemann l. l. p. 1 sqq., 60.

[4]) Ex Pollucis ἐγκοιμήτωρ in colloquio ἐγκοιμήτορα restituendum esse puto.

[5]) Revillout l. l. p. 56, 61 sq., cuius sententiam iam defendit L. Dindorf Fleckeisenii Jahrbücher IC 1869 p. 3. Ab altera parte stant Schömann Fleckeisenii Jahrbücher CXIII 1876 p. 133 et Schönemann, l. l. p. 61 sqq.

colligi vult, quod apparet ex X 12 *τραγικώτερον γὰρ ἡ παγκληρία· τὰ δὲ σκεύη καὶ σκευάρια φίλον τοῖς κωμῳδοῖς καλεῖν*. Itaque Pollux praeter ceteros suos fontes Eratosthenis optimos et ditissimos thesauros adiit, quos ille *περὶ κωμῳδίας* scripsit X 60: *παρὰ μέντοι Ἐρατοσθένει ἐν τοῖς περὶ κωμῳδίας ὡς ἔχοιμέν τινα τοῦ ὀνόματος τοῦδε* (sc. *ἀναλογείου*) *ἀποστροφήν εὕροις ἂν τοὔνομα ἐπὶ τοῦ σκεύους τοῦ τοῖς βιβλίοις χρησίμου*. Cum igitur Pollux instrumentorum nomina in comoediis adhibita proferat X 12, quae in Eratosthenis libris *περὶ κωμῳδίας* collecta a Polluce ipso exhausta esse X 60 docet, nobis concludendum est, Eratosthenis *Σκευογραφικόν*, quem librum se adiisse in l. X praefatione stulto quodam fastidio fatetur, partem fuisse summi illius operis *περὶ κωμῳδίας* compositi[1]).

Pollux autem Eratosthenis *Σκευογραφικόν*, qui ex sola comoedia inscriptionum testimoniis, de quibus infra agemus, ascriptis instrumentorum nomina collegerat, se superasse suo iure dicit X 1, cum non solum comicos, sed etiam alios multos scriptores producat testes. Quamquam igitur Pollux Eratosthenis *Σκευογραφικόν* generatim sequitur, tamen idcirco suam atticissandi rationem non neglegit. Itaque cum novae comoediae auctores aeque laudet ac veteris, aliam maxime sententiam secutus hunc librum composuisse videtur. Quem non eo consilio scripsit, ut Eratosthenis librum suppleret, sed ex contrario ad librum decimum instituendum Eratosthenis libro usus est, cuius thesauris instructus contra adversarios quosdam se defendit (X 2 *ὅτι τὰ πλείω τῶν ὀνομάτων ἀπολογίας ἢ θράσους ἐδεῖτο*), a quibus non solum se castigatum iri putat, sed etiam propter glossas ut inepte compositas casti-

---

[1]) Quod recte iam statuit Godofredus Bernhardy Eratosthenica 1822 p. 204 sq., cui *Σκευογραφικόν* eundem librum esse quem *Ἀρχιτεκτονικόν* non possum non assentiri. Quod facio cum Susemihlio, Geschichte der griechischen Litteratur in der Alexandrinerzeit I 1891 p. 425 adn. 87 contra eorum sententias, qui duo libros statuunt fuisse velut B(eckeri) apud Pauly III 1844 p. 280. Ubi Christ, Griechische Literaturgeschichte 1905 p. 618 *Σκευοφορικόν* titulum, quem etiam in ed. IV. profert, invenerit, equidem nescio.

gatus est. Itaque glossas prius iam allatas denuo affert pluribus testibus citatis, suam rationem fontibus utendi adversariorum rationi ita opponit, ut novae comoediae auctores aeque laudet ac veteris. Adversarius est Phrynichus.

§ 2. De Phrynichi ratione atticissandi.

Phrynichus aequalis Pollucis[1]) ipse quoque libros suos in quibus de dialecto Attica egit, Praeparationem illam Sophisticam[2]) cuius excerpta supersunt[3]), Commodo Caesari dedicavit. Diligentius in eis quos *περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων* scripsit libris, quorum Ecloga tripertita[4]) vel potius bipertita[5]) superest, examinat, quae accipiendae quae vitandae sint voces, ut Ecloga illa suo iure Antibarbarus linguae Graecae appelletur[6]).

---

[1]) Photius bibliothec. cod. 158 ed Bekker p. 100 b, 4 sqq. *Ἤκμασε δὲ ὁ ἀνὴρ ἐν τοῖς χρόνοις Μάρκου βασιλέως Ῥωμαίων καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Κομμόδου, πρὸς ὃν καὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ συντάγματος ποιεῖται ἐπιγράφων· Κομμόδῳ Καίσαρι Φρύνιχος χαίρειν.*

[2]) Duas editiones Praeparationis sophisticae statuit Kaibel, De Phrynicho sophista p. 15, quarum unam amicis, alteram „in XXXVII libros divisam multis modis auctam et correctam et in novam fortasse speciem ambitiose transformatam pubescenti Caesari circa a. 173 < ? > obtulit“.

[3]) Ed. Bekker Anecdota Graeca I 1814 p. 1—74. De genuina forma Praeparationis haec enuncleavit Kaibel p. 7 „per certa quaedam rerum genera omnia illa quae collegerat sive singula vocabula sive orationis membra ita opinor ordinavit, ut singulis libris singula quaedam argumenta tractaret . . .“ Quae iure offenderunt R. Reitzensteinium, Der Anfang des Lexikons des Photios 1907 p. XL adn. 1.

[4]) Kaibel l. l. p. 4.

[5]) Rutherford, The New Phrynichus, appendix A, L. Cohn, Philologischer Anzeiger XIII 1883, p. 466, Jos. Brenous, De Phrynicho atticista 1895 p. 7 adn. 2.

[6]) Valde dubito num „*τὸ πρὸ τούτου περὶ κρίσεως ὀνομάτων πρόβλημα*“ (Photios p. 100 b, 33 B.) idem opus sit atque „*Ἀττικιστὴς ἢ περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων βιβλία β'*“, (Suidas ed. Bekker s. v. *Φρύνιχος*) quam sententiam defendunt Hugo Weber, Untersuchungen über das Lexikon des Hesychios, Philologus suppl. III 1878 p. 481 sqq. et Kaibel l. l. p. 3, 14. Neque enim quod sequitur p. 100 b, 34 „*τὸν λόγον*“ ad

Atque cum Pollux Herodotum Xenophontem Euripidem, Homerum Hesiodum Epicharmum, Aristotelem Theophrastum Hyperidem inter optimos numeret testes, sescenties laudet, rarissime non commendet[1]) neque mediae novaeque comoediae auctores plane neglegat, Phrynichus in hos omnes vehementissime invehitur.

Qua enim ratione comoedia ut atticistarum fonte literatos uti velit, his verbis dilucidis dicit: n. 318 p. 426. R 338 L *Κορυδαλός· Εὐβούλου τοῦ κωμῳδοποιοῦ δρᾶμα ἐπιγράφεται οὕτως· σὺ δὲ τοῖς περὶ Ἀριστοφάνην πειθόμενος κόρυδον λέγε τὸ ζῷον·*

n. 218 p. 314 R 242 L *Παλαιστρικός· Ἄλεξιν φασὶν εἰρηκέναι, ὁ δὲ ἀρχαῖος παλαιστικὸν λέγει.*

n. 319 p. 426 R 339 L *Καμμύει· τοσαύτη κακοδαιμονία περί τινας ἐστὶ τῆς βαρβαρίας ὥςτ', ἐπειδὴ Ἄλεξις κέχρηται τῷ καμμύειν ἠμελημένως ἐσχάτως, αἱρεῖσθαι καὶ αὐτοὺς οὕτω λέγειν, δέον ὡς ἄρισται τῶν ἀρχαίων καταμύειν.*

n. 348 p. 470 R 373 L *Οἰκίας δεσπότης λεκτέον, οὐχ ὡς Ἄλεξις, οἰκοδεσπότης.*

n. 310 p. 417 R 333 L *ἐπίτοκος ἡ γυνὴ ἀδοκίμως εἶπεν Ἀντιφάνης ὁ κωμῳδός, δέον ἐπίτεξ εἰπεῖν.*

n. 341 p. 467 R 363 L *Ἐξαλλάξαι, τὸ τέρψαι καὶ παρα-*

---

totam Praeparationem sophisticam referre debuit Weber, cum neque Menodorus, sed Aristocles totius operis sit incitator (cfr. p. 85) neque *λόγος* idem sit quod opus, sed quod liber; cfr. Photium ipsum p. 99 b 19; 100 b 11, 16, 18, 22. Itaque Phrynichus non dicit se Praeparationem sophisticam melius instituisse quam aliud opus iam antea emissum, sed quintum librum huius Praeparationis meliore ratione conscripsisse quam 4 qui antecedunt. Quid? quod *πρόβλημα* nunquam librum aut opus significat, sed sive rationem sive propositionem.

[1]) Reiecit Pollux Herodoti *ἀκρομανής* VI 125, *δύτης* VII 137, Xenophontis *λεουργός* III 134, Euripidis *ἀμβλυωπός* II 51, *ἀθυρόγλωσσος* II 109, *δεσπότις* III 73, *πόλις = χώρα* IX 27, *συμπολίτης* III 51, Homeri *ἐλεύσομαι* III 155, *ἰλαδόν* IX 144, Hesiodi *πέμπτη δ'ἡ μέση* I 63, Hyperidis *ἀναισχύντημα* VI 183, *ἀκραθοκώθων* VI 25, *δουλίς* III 74, *νωθρεύεσθαι* IX 137, cum ceteris omnibus locis semper eos laudet neque umquam Aristotelem, Theophrastum, Epicharmum repellat.

γαγεῖν εἰς εὐφροσύνην, φυλαττόμενον χρὴ οὕτω λέγειν· οὐ γὰρ χρῶνται οἱ δόκιμοι, Φιλιππίδης δὲ καὶ Μένανδρος αὐτῷ χρῶνται.

Saepissime autem castigat Menandrum:

αἰχμαλωτισθῆναι	n. 407	p. 500 R	442 L
ἀκρατεύεσθαι	n. 406	p. 500 R	442 L
γῦρος	n. 392	p. 492 R	417 L
δύσριγος	n. 393	p. 492 R	418 L
ἐξαλλάξαι	n. 341	p. 467 R	363 L
ἐπιχειμάζεις σαυτόν	n. 366	p. 479 R	387 L
θέρμα	n. 306	p. 414 R	331 L
καταφαγᾶς	n. 400	p. 497 R	433 L
κολλυβιστής	n. 404	p. 499 R	440 L
λήθαργος	n. 390	p. 491 R	416 L
μεγιστᾶνες	n. 175	p. 283 R	196 L
μεσοπορεῖν	n. 391	p. 491 R	416 L
μετριάζειν	n. 396	p. 494 R	425 L
ὀψωνιασμός, ὀψώνιον	n. 393	p. 492 R	418 L
πορνοκόπος	n. 389	p. 491 R	415 L
σύσσημον	n. 393	p. 492 R	418 L

Atque acerbissimis facetiis eum deridet, qui huius auctoris vocibus glossas suas illustraverit, cum dicit.

407 p. 500 R 442 L *αἰχμαλωτισθῆναι· τοῦθ' οὕτως ἀδόκιμον ὡς μηδὲ Μένανδρον αὐτῷ χρήσασθαι. διαλύων οὖν λέγε αἰχμάλωτον γενέσθαι.* vel 400 p. 497 R 433 L *καταφαγᾶς· πόθεν, Μένανδρε, ~~συσσύρας τὸν τοσούτων ὀνομάτων~~ συρφετὸν αἰσχύνεις τὴν πάτριον φωνήν; τίς γὰρ δὴ πρὸ σοῦ τῷ καταφαγᾶς κέχρηται;* vel 391 p. 491 R 416 L *Μεσοπορεῖν· καὶ τοῦτο Μένανδρος, οὐδὲν ἐπιβάλλων γνώμης τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλὰ πάντα φύρων.*

Menander enim Phrynichi temporibus maxime colebatur[1]), quem multi pluris aestimarent ceteris omnibus auctoribus,

[1]) Neque igitur Wilamowitzio Hermes XXXV 1900 p. 7 et Reitzensteinio, Der Anfang des Lexikons des Photios 1907 p. XXV assentiri possum, qui atticistas tantum vetustiores Menandrum imitatos esse dicunt.

cuius sermonem Balbus Trallensis praeferret ipsius Demosthenis sermoni, quem Cornelianus ipse plurimi faceret (Phrynichi n. 393 p. 492 R 418 L). Phrynichus autem et mediae et novae comoediae auctores repudiat, de nova praeterea his verbis sententiam haud ambiguam fert:

n. 326 p. 456 R 344 L *Ἐργοδότης οὐ κεῖται, τὸ δὲ ἐργοδοτεῖν παρά τινι τῶν νεωτέρων κωμῳδῶν, οἷς καὶ αὐτοῖς οὐ πειστέον*, quod conferendum est cum n. 390 p. 491 R 416 L *λήθαργος· οὕτω Μένανδρος, οἱ δ' ἀρχαῖοι Ἀθηναῖοι ἐπιλήσμονα καλοῦσιν, οἷς καὶ πειστέον.*

n. 357 p. 475 R 381 L *Στρηνιᾶν· τούτῳ ἐχρήσαντο οἱ τῆς νέας κωμῳδίας ποιηταί, ᾧ οὐδ' ἂν μανείς τις χρήσαιτο, παρὸν λέγειν τρυφᾶν.*

Phrynichus igitur novae comoediae auctores atticistis testes esse negat; quibus neminem uti nisi insanum. Ne tum quidem horum vocibus utitur, cum vetustiores quae idem valeant invenire non possit: n. 362 p. 478 R 385 L *Ὑπέρδριμυς· ἐπεὶ ὑπέρσοφος καὶ ὑπέρδριμυς ἀξιοῦσί τινες λέγειν. λεγόντων δ' εἰ καὶ οἱ ἀρχαῖοι καὶ οἱ δόκιμοι λέγουσιν, εἰ δὲ μή, ἐώντων χαίρειν τὸ ὑπέρδριμυς*, vel 250 p. 348 R 285 L *Ὑπόστασις ἔργων· καὶ τοῦτο τῶν ἠμελημένων, ἐπὶ πολὺ δὲ παρὰ τοῖς ἐργολάβοις τῶν ἔργων. ζητοῦντες δὲ τί ἂν ἀντ' αὐτῶν ἀρχαῖον θείημεν ὄνομα, οὐ ῥᾳδίως ἄχρι νῦν εὑρίσκομεν, εἰ δ' εὑρεθείη, ἀναγεγράψεται.* cfr. n. 133 p. 246 R 156 L.

Contrariam autem rationem Pollucem secutum esse exposuimus. Tum Phrynichus eos quos supra commemoravi Pollucis testes reicit:

Herodotum:

n. 107 p. 207 R 130 L *Θρίδακα Ἡρόδοτος ἰάζων εἶπεν, ἡμεῖς δὲ θριδακίνην ὡς Ἀττικοί.*

n. 237 p. 338 R 270 L *Ἀνέκαθεν· φυλακτέον ἐπὶ χρόνου λέγειν, . . . εἰ δέ τις φαίη ἐπὶ χρόνου παρ' Ἡροδότῳ εἰρῆσθαι τοὔνομα, ἀληθῆ μὲν φήσει· εἴρηται γάρ. οὐ μὴν τῷ ὑφ' Ἡροδότου εἰρῆσθαι τὸ δόκιμον τῆς χρήσεως παρέχεται. οὐ γὰρ Ἰωνικῶν καὶ Δωρικῶν ἐξέτασίς ἐστιν ὀνομάτων ἀλλ' Ἀττικῶν.*

Xenophontem:

n. 71 p. 160 R 89 L *Ὀσμὴ χρὴ λέγειν διὰ τοῦ σ· διὰ γὰρ τοῦ δ, ὀδμή, Ἰώνων· παρανομεῖ γοῦν Ξενοφῶν εἰς τὴν πάτριον διάλεκτον ὀδμὴ λέγων.*

n. 100 p. 203 R 123 L *ἀκμὴν ἀντὶ τοῦ ἔτι κτλ.*

Euripidem:

n. 321 p. 427 R 341 L *Λάκαιναν μὲν γυναῖκα ἐρεῖς, Λάκαιναν δὲ τὴν χώραν οὐδαμῶς, ἀλλὰ Λακωνικήν, εἰ καὶ Εὐριπίδης παραλόγως.*

ὡς ἡ Λάκαινα τῶν Φρυγῶν μείων πόλις.

Homerum:

n. 45 p. 138 R 63 L *ἐρεύγεσθαι ὁ ποιητής· ὁ δ' ἐρεύγετο οἰνοβαρείων, ἀλλ' ὁ πολιτικὸς ἐρυγγάνειν λεγέτω.*

n. 120 p. 223 R 145 L *Ζωρότερον ὁ ποιητής, σὺ δὲ λέγε εὔζωρον κέρασον καὶ εὐζωρότερον, ὡς Ἀριστοφάνης καὶ Κρατῖνος καὶ Εὔπολις.*

Hesiodum:

n. 59 p. 149 R 101 L *βράδιον· καὶ τοῦτο Ἡσίοδος μὲν λέγει, βράδιον δὲ Πανελλήνεσσι φαείνει, Πλάτων δὲ καὶ Θουκυδίδης καὶ οἱ δόκιμοι βραδύτερον.*

Epicharmum:

n. 46 p. 139 R 65 L *Ὁ φάρυγξ ἀρρενικῶς μὲν ὁ Ἐπίχαρμος λέγει, ὁ δὲ Ἀττικὸς ἡ φάρυγξ.*

n. 87 p. 194 R 108 L *Γενηθῆναι παρὰ Ἐπιχάρμῳ καὶ ἐστὶ Δώριον· ἀλλ' ὁ Ἀττικίζων γενέσθαι λεγέτω.*

Aristotelem:

n. 203 p. 306 R 225 L.

n. 286 p. 366 R 311 L.

Theophrastum:

n. 320 p. 427 R 341 L *κεφαλοτομεῖν· ἀπόρριπτε τοὔνομα καὶ Θεόφραστον κεχρημένον αὐτῷ· λέγε δὲ καρατομεῖν.*

Hyperidem:

n. 311 p. 417 R 333 L.

n. 313 p. 419 R 335 L.

Diligentissime enim Phrynichus dialectum Atticam restituere vult omnes voces Ionicae, Doricae (Siculorum), Aeolicae

dialecti, nec minus Alexandrinorum (Aegyptiorum), Macedonum, omnium qui post Demosthenem mortuum floruerunt auctorum evellere ex sermone suae aetatis conatus. n. 237 p. 338 R 270 L . . . *οὐ γὰρ Ἰωνικῶν καὶ Δωρικῶν ἐξέτασίς ἐστιν ὀνομάτων ἀλλ' Ἀττικῶν*, n. 273 p. 361 R 305 L *Νίτρον· τοῦτο Αἰολεὺς μὲν ἂν εἴποι, ὥςπερ οὖν καὶ ἡ Σαπφὼ διὰ τοῦ ν, Ἀθηναῖος δὲ διὰ τοῦ λ, λίτρον.*

Praeterea castigat dialectum Ionicam in his verbis

βαθμός	n. 296 p. 372 R 324 L
γογγυσμός, γογγύζειν	n. 336 p. 463 R 358 L
ἐδέετο similia	n. 196 p. 296 R 220 L
θρίδακα	n. 107 p. 207 R 130 L
λαγός	n. 162 p. 272 R 186 L
νεομηνία	n. 123 p. 225 R 148 L
ὀδμή	n. 71 p. 160 R 89 L
ῥέει similia	n. 195 p. 296 R 220 L
σκορπίζεται	n. 193 p. 295 R 218 L
χρύσεα similia	n. 183 p. 287 R 207 L

dialectum Doricam (Syracusanam)

βουνός S.	n. 333 p. 459 R 355 L
γενηθῆναι	n. 87 p. 194 R 108 L
ἡ πηλός S.	n. 38 p. 126 R 55 L
κυναγός	n. 399 p. 496 R 428 L
ἡ λιμός	n. 164 p. 274 R 188 L
παῖξαι	n. 217 p. 313 R 240 L
σάκκος	n. 229 p. 323 R 257 L

dialectum Macedonum

παρεμβολή	n. 353 p. 473 R 377 L
ῥύμη	n. 382 p. 487 R 404 L

dialectum Alexandrinorum

ἐπιχειμάζεις σαυτόν	n. 366 p. 479 R 387 L
πάπυρος	n. 271 p. 360 R 303 L
τεθεληκέναι	n. 307 p. 415 R 332 L.

Quae cum ita sint, num dubium esse potest, cur Phrynichus, Herodotum, Xenophontem, Homerum, Hesiodum,

Epicharmum, Sappho testes sermonis vere Attici numerandos esse negat?

Sed plane alia ratione **Pollucem** ceteras dialectos censere ex eis quos statim proferam locis apparebit:

VII 76 *καὶ φλοΐνην δὲ ἐσθῆτα Ἡρόδοτος εἴρηκεν* et X 178 *φλοΐνην δὲ ἐσθῆτα Ἡροδότου εἰπόντος, σοὶ τοῦτο ὑπάρχει λέγειν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πλεγμάτων, οἷον φλοΐνην σπυρίδα ἢ . . .* Quin etiam pro *νεογιλλὸν* voce Isaei, quae sibi non placeat, *νεογνόν* Herodoti commendat, quamquam vox Ionica sit (II 8).

Eodem modo voces Doricas verbis haud ambiguis laudat: II 141 *καὶ κύβιτον εἴποις ἂν ὡς Ἱπποκράτης· δοκεῖ δ' εἶναι Δωρικὸν τοὔνομα τῶν ἐν Σικελίᾳ Δωριέων, ὅθεν Ἐπίχαρμος καὶ τὸ παίειν τῷ ἀγκῶνι κυβιτίζειν λέγει.* VI 34 . . . *ἐπίσιτος, ἐπισιτισμός, παρασιτεῖν καὶ παρὰ τοῖς νεοτέροις παράσιτος . . . . . ἐπὶ μέντοι τοῦ παρασιτεῖν κατὰ λιχνείαν ἢ κολακείαν πρῶτος Ἐπίχαρμος τὸν παράσιτον ὠνόμασεν, εἶτα Ἄλεξις,* cfr. VI 123. IX 41 sq. *χορηγὸν, χορηγεῖον, χορηγεῖν* pro *διδασκάλῳ, διδασκαλείῳ, διδάσκειν* poni patitur, quamquam Dorice sint dicta.

Itaque ne Aeolicas quidem voces proferre dubitat, cum Sappho pluribus locis laudet.

Xenophontem praeterea tanti aestimat, ut multas voces Doricas admittat, quod Xenophon adeo barbaram vocem quandam scripserit (IX 81 sq.... *ἔχει μὲν δή τι καὶ φιλόκαλον ἡ τούτων γνῶσις· ἴσως δὲ οὐδὲ ἡ χρῆσις ἄτοπος, εἰ μηδὲ τοὺς σίγλους ὁ Ξενοφῶν ὄνομα βαρβαρικοῦ νομίσματος εἰπεῖν ἐφυλάξατο*), Homerum tanti facit, ut V 76 eum Anacreonti et Sophocli praeferat et X 128 eius *πτύον* commendet, quamquam Attici scriptores *πτέον* forma sint usi (*τὰ δὲ λοιπὰ πτέον, ὡς οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν, ἢ πτύον, ὡς Ὅμηρος*), Theophrastum ita laudat, ut eius auctoritate nisus *ἀπαρτία* voce Ionica atticistas uti non vetet (X 18 sq. *τοὔνομα δὲ ἡ ἀπαρτία ἔστι μὲν Ἰωνικόν . . . εἰ μέντοι καὶ ἐν βιβλίῳ τινὶ τοὔνομα τὴν ἀπαρτίαν εὑρεῖν ἐθέλοις, ὡς ὑπὲρ τῶν λεγόντων ἀπολογοῖο, εὑρήσεις ἔν τε τῷ δευτέρῳ τῶν Ἱππώνακτος ἰάμβων· ἀκήρατον δὲ τὴν ἀπαρτίαν ἔχει, καὶ παρὰ Θεοφράστῳ ἐν τῷ δεκάτῳ Νόμων*).

Multo severiorem atticissandi rationem atque usum Polluce Phrynichum secutum esse[1]) et eos ipsos testes repudiasse cognovimus, quos Pollux inter optimos numeraverat, neque consentiunt atticistae nostri nisi in reiciendis rerum scriptoribus recentioribus, cum Pollux Theopompi non solum voces quasdam strenue repellat III 58, sed etiam auctoritatem pro nihilo ducat IV 93 (*τὸ μέντοι ὄνομα ὁ ἀποκήρυκτος οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει τῇ παλαιᾷ, Θεόπομπος δ' αὐτῷ κέχρηται ὁ συγγραφεύς· ἀλλ' οὐδὲν Θεοπόμπῳ σταθμητὸν εἰς ἑρμηνείας κρίσιν*), Phrynichus eos derideat, qui ex Phylarchi scriptis testimonia optimi sermonis hauriant n. 397 p. 495 R 425 L (*Καθώς· Γάϊος τις Ἀρεθούσιος γραμματικὸς ἔφασκε δόκιμον εἶναι τοὔνομα· κεχρῆσθαι γὰρ αὐτῷ Φύλαρχον· ὢ τοῦ μάρτυρος ὡς οἴκοθεν ἐπαγομένου, ὃς οὐδὲ Θουκυδίδου ἤκουσε λέγοντος· καθὸ δεῖ εἰς Σικελίαν πνεῖν, ἀλλ' οὐ καθώς* ....)

Testes autem Phrynichus exhibet hos:

Primum veteris comoediae auctores n. 26 p. 103 R 37 L, n. 170 p. 280 R 193 L, n. 289 p. 367 R 313 L, n. 306 p. 414 R 331 L, n. 318 p. 426 R. 338 L. Aristophanem, Cratinum, Eupolin coniunctim laudat n. 120 p. 223 R 145 L. Praeterea Aristophanem n. 170 p. 280 R 193 L, n. 235 p. 334 R 266 L, n. 293 p. 369 R 321 L, n. 295 p. 370 R 323 L; n. 346 p. 469 R 367 L, n. 398 p. 496 R 427 L; n. 400 p. 497 R 433 L, Cratinum n. 89 p. 196 R 110 L, n. 112 p. 209 R 136 L, n. 230 p. 323 R 258 L, n. 338 p. 466 R 360 L, n. 400 p. 497 R 433 L, Eupolin n. 312 p. 418 R 334 L. Qua in re multum nostra interest sermonem comicorum componi cum sermone poetico, quem vitari iubet nonnullis locis: n. 36 p. 126 R 53 L, n. 75 p. 176 R 93 L, n. 163 p. 273 R 187 L, n. 254 p. 349 R 288 L.

Tum sequitur inter philosophos Platonem, inter oratores Demosthenem, inter rerum scriptores Thucydidem: n. 287 p. 366 R 312 L *ὡς Πλάτων καὶ Θουκυδίδης καὶ Δημοσθένης.* Insuper Platonem laudat n. 26 p. 103 R 37 L, n. 356 p. 474 R

[1]) Revillout l. l. p. 55, Kaibel l. l. p. 11, 18.

379 L, Thucydidem n. 246 p. 345 R 279 L, n. 290 p. 368 R 314 L, n. 306 p. 414 R 331 L, n. 397 p. 495 R 425 L, Platonem et Thucydidem n. 59 p. 149 R 101 L, Demosthenem n. 97 p. 202 R 121 L, n. 181 p. 286 R 206 L, n. 265 p. 356 R 296 L, n. 356 p. 474 R 379 L, n. 372 p. 483 R 394 L, et decem illos oratores n. 26 p. 103 R 37 L, n. 356 p. 474 R 379 L.

Nec vocibus solitariis glossas ornari vult n. 206 p 307 R 226 L *ἡμεῖς οὐ τοῖς ἅπαξ εἰρημένοις προσέχομεν τὸν νοῦν, ἀλλὰ τοῖς πολλάκις κεχρημένοις·* n. 258 p. 352 R 291 L *ὅπερ εἰ καὶ γνήσιον ἦν τὸ δρᾶμα, τὸ ἅπαξ εἰρῆσθαι ἐφυλαξάμεθ' ἄν.* n. 400 p. 497 R 433 L *ἀλλ' οὐκ ἐχρῆν τὰς ἅπαξ εἰρημένας λέξεις ἁρπάζειν.* Huc pertinent n. 73 p. 175 R 91 L, n. 100 p. 203 R 123 L, n. 125 p. 225 R 136 L, n. 137 p. 248 R 158 L, n. 157 p. 268 R 180 L, n. 223 p. 318 R 284 L, n. 298 p. 373 R 325 L, n. 370 p. 482 R 391 L. Severissimum igitur analogiae defensorem Phrynichus se praebet[1]).

Itaque fieri non potest, quin Phrynichus multos castiget, qui vocibus non ita probandis usi sint:

Alexandrum Peloplatonem:						
δῴη (ἐπὶ τοῦ εὐκτικοῦ)	325	p.	429	R	345	L
ὑιέα	49	p.	141	R	68	L
Antiochum:						
μεγιστᾶνες	175	p.	283	R	196	L
Gaium Arethusium:						
καθώς	397	p.	495	R	425	L
Lollianum:						
ἐδεδίεσαν	159	p.	269	R	180	L
εἰσιέτω	8	p.	65	R	15	L
νῆας	147	p.	254	R	170	L
Dionem:						
πιοῦμαι	23	p.	91	R	30	L

[1]) Itaque Kaibelio assentiri non possum haec dicenti l. l. p. 36: „quae ipsa insolentia offenderent, haec vera orationis atticae condimenta existimabat“.

Plutarchum:						
δυσωπία	166	p. 278	R	190	L	
σύγκρισις.	245	p. 344	R	278	L	
Polemonem:						
κατ᾽ ὄναρ	395	p. 494	R	421	L	
κεφαλαιωδέστατος	238	p. 339	R	271	L	
ναῦς nom.	147	p. 254	R	170	L.	
Theonem:						
σαπρὰν (ἀντὶ τοῦ αἰσχράν)	354	p. 474	R	377	L	
grammaticos:						
ὤτοις	186	p. 291	R	211	L	
philosophos stoicos:						
ἐνάρετος	304	p. 413	R	328	L	
ἐπέστησε	247	p. 345	R	281	L	
οὐθείς	160	p. 271	R	181	L	
περίστασις	352	p. 473	R	376	L	
πρώτως	286	p. 366	R	311	L	
oratores (*περὶ τὰ δικαστήρια*):						
ἀγωγός	290	p. 368	R	314	L	
αὐθέντης	96	p. 201	R	120	L	
ἀφῆλιξ	64	p. 157	R	84	L	
μεσιδιωθῆναι	98	p. 202	R	121	L	
κατορθώματα	225	p. 319	R	250	L	
πάλι	249	p. 347	R	284	L	
πρόσωπα	356	p. 474	R	379	L	
medicos:						
ἀνεῖναι ἐλαίῳ	19	p. 79	R	27	L	
διεφθορὸς αἷμα	136	p. 246	R	160	L	
κατασχάσαι	194	p. 296	R	219	L	

et 387 p. 490 R 412 L *ἐξάπλεθρον* forma pro *ἔκπλεθρον* uti stultissimi esse dicit, quam ne medici quidem admiserint, quasi medici sermone pravissimo uterentur. Imprimis autem Phavorinum castigat.

ἀφιερῶσαι	168	p. 279	R	192	L
βρώσομαι	302	p. 376	R	347	L
διδόασι	220	p. 315	R	244	L

ἐξιδιάζονται	177	p.	284	R	199	L
ἐπεξελευσόμενος	27	p.	103	R	37	L
κορυφαιότατος	52	p.	144	R	69	L
ναῦς nom	147	p.	254	R	170	L
πλόκιον	232	p.	324	R	260	L
προαλῶς	221	p.	317	R	245	L
προσδέεσθαι	197	p.	297	R	220	L
σιατός	215	p.	312	R	238	L
σιαθερός	189	p.	293	R	215	L
σύμπτωμα	223	p.	318	R	248	L
ὑστερίζειν c. dat.	213	p.	311	R	237	L

Pollucis autem nomen cum in Phrynichi reliquiis frustra quaeramus, dixerit fortasse quispiam in libris integris nos inventuros fuisse. Verumtamen cum Phavorinus etiam in reliquiis toties nominetur, contra gravissimum adversarium ita disputasse videtur, ut aemuli nomen celaret. Illis autem temporibus eundem grammaticum quem Lucianus castigaverat[1]) a Phrynicho quoque castigari omnes literatos agnovisse certum est. An dubium esse potest quin Phrynichus et Pollux qui tam contrariam atticissandi rationem sequuntur, eodem tempore gravissimi grammatici existimabantur, eidem Commodo volumina dedicabant, aemuli[2]) vel inimicissimi fuerint?

Ac me hercle multis in glossis Phrynichus a Polluce ita discrepat, ut adversarium quendam eum castigare manifestum sit. Quas glossas ne longus sim, duabus in columnis iuxta positas comparemus.

§ 3. De glossis Pollucis a Phrynicho castigatis.

Pollucis:	Phrynichi:
1) I 65 *φαίης δ'ἂν τῇ παρ-ελθούσῃ ἡμέρᾳ . . . καὶ τῇ*	295 p. 370 R 325 L *Χθιζὸν ἀποσοβητέον ὅτι ποιητικόν,*

---

[1]) C. F. Ranke, Pollux et Lucianus 1831 p. 30 sqq. Schol. in Lucian. p. 174 H. Rabe 1906.

[2]) Revillout l. l. p. 55.

	χθές: ἐπὶ δὲ τοῦ ἐν αὐτῇ πραχθέντος χθιζόν, ἕωλον	ἀντὶ δὲ τοῦ χθιζὸν ἐροῦμεν χθεσινόν, . .
2)	I 68 περὶ ἡλίου ἐπιτολάς	102 p. 204 R 124 L Ἀνατέλλει μὲν ἐρεῖς ὁ ἥλιος, ἐπιτέλλει δὲ ὁ κύων, . . .
3)	I 166 καταβαλεῖν, αἰχμαλωτίσαι, ἀπαγαγεῖν,	407 p. 500 R 442 L αἰχμαλωτισθῆναι· τοῦθ' οὕτως ἀδόκιμον ὡς μηδὲ Μένανδρον αὐτῷ χρήσασθαι. διαλῦων οὖν λέγε αἰχμάλωτον γενέσθαι.
4)	I 224 ἐρεῖς δὲ ἄμπελον . . . κλάσαι, κλαδεῦσαι	149 p. 255 R 172 L κλᾶν ἀμπέλους φαθί, ἀλλὰ μὴ κλαδεύειν.
5)	II 7 τόκος, τίκτει, ἐπίτεξ, ἐπίφορος καὶ ἐπίτοκος	310 p. 417 R 333 L ἐπίτοκος ἡ γυνὴ ἀδοκίμως εἶπεν Ἀντιφάνης ὁ κωμῳδός, δέον ἐπίτεξ εἰπεῖν.
6)	II 15 λέγοιτο δ' ἂν (sc. ὁ γέρων) . . . ὡς εἶναι σφαλερούς, ἀβεβαίους, παραφόρους, ἀπαγεῖς, οὐ στασίμους, οὐκ εὐσταθεῖς.	n. 248 p. 347 R 282 L εὐστάθεια, εὐσταθής, πόθεν καὶ ταῦτα εἰς τὴν τῶν Ἑλλήνων φωνὴν εἰςερρύη, ἀδοκιμώτατα ὄντα, φροντίδος ἄξιον . . .
7)	II 157 τὸ δ' αὐτὸ καὶ παλαιστὴ θηλυκῶς καὶ παλαιστὴς ἀρρενικῶς	n. 264 p. 356 R 295 L παλαστὴ τὸ μέτρον καὶ θηλυκῶς λέγεται καὶ ἄνευ τοῦ ι· ἀμαθεῖς δ' οἱ λέγοντες σὺν τῷ ι καὶ σὺν τῷ σ παλαιστής, ὁμωνύμως τῷ ἀθλητῇ, . . .
8)	II 162 τὸ δὲ στηθῶν μέσον στηθύνιον	n. 361 p. 477 R 384 L Στηθύνιον ὀρνιθίου λέγουσί τινες οὐχ ὑγιῶς. εἰ γὰρ χρὴ ὑποκοριστικῶς λέγειν, λέγε στηθίδιον· εἰ δ' οὐκ ἔστιν ὑποκοριστικόν, πόθεν εἰςεκώμασε καὶ τοῦτο τὸ κακὸν τῇ τῶν Ἑλλήνων φωνῇ;

9) II 175 *γαστρίζειν οὐ μόνον τὸ χορτάζειν λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τὸ πλήττειν εἰς τὴν γαστέρα.*

n. 76 p. 178 R 94 L *γαστρίζειν ἐπὶ τοῦ ἐμπίπλασθαι λέγουσιν Ἀθηναῖοι, οὐκ ἐπὶ τοῦ τὴν γαστέρα τύπτειν.*

10) II 185 *οἱ δὲ ἔνδοθεν κατὰ τὴν ὀσφῦν μύες καλοῦνται ψόαι καὶ νευρομῆτραι καὶ ἀλώπεκες*

n. 269 p. 359 R 300 L *ψύα . . . ἔστι δὲ καὶ τὸ ὄνομα πολὺ κίβδηλον. νεφρὸν οὖν λέγε.*

11) II 190 *τῆς δὲ κνήμης ἁπάσης τὸ μὲν πρόσθεν ἀντικνήμιον, τὸ δ' ὄπισθεν εἰς μῦν ἐπηρμένον γαστροκνήμιον*

n. ÷05 p. 413 R 330 L *Γαστροκνημίαν μὴ λέγε, ἀλλὰ κνήμην.*

12) II 230 *τὰ δ' ἐπιρρήματα εὔνως, εὐνοϊκῶς* . . (quocum cfr. V 113 *εὔνους εἰμὶ αὐτῷ, εὔνως ἔχω πρὸς αὐτόν*).

n. 118 p. 221 R 141 L *Εὔνως ἔχει μοι μὴ λέγε, ἀλλ' εὐνοικῶς.*

13) III 17 *ἡ δὲ πατρὸς ἢ μητρὸς μήτηρ τήθη· τὴν γὰρ μάμμην καὶ μαῖαν ἐπὶ ταύτης παραληπτέον,* . . .

n. 110 p. 208 R 133 L *μάμμην τὴν τοῦ πατρὸς ἢ μητρὸς μητέρα οὐ λέγουσιν οἱ ἀρχαῖοι, ἀλλὰ τήθην, μάμμην δὲ καὶ μαμμίον τὴν μητέρα. ἀμαθὲς οὖν τὸ τὴν μάμμην ἐπὶ τῆς τήθης λέγειν.*

14) III 78 *σώματα δ' ἁπλῶς οὐκ ἂν εἴποις, ἀλλὰ δοῦλα σώματα*

n 355 p. 474 R 378 L *σώματα ἐπὶ τῶν ὠνίων ἀνδραπόδων, οἷον σώματα πωλεῖται, οὐ χρῶνται οἱ ἀρχαῖοι.* (Phrynichus *σώματα* de servis dici omnino vetare videtur).

15) III 126 *παρὰ δὲ τοῦ πιπράσκοντος ὠνήσασθαι, ἀγοράσαι, πρίασθαι, καὶ ὠνητός, καὶ ὠνούμενος καὶ ὠνητιῶν καὶ ἀγοράζων.*

n. 113 p. 210 R 157 L *ἐωνησάμην· εἷς λόγος περὶ τοῦ ἁμαρτήματος. ἔνθα ἂν μὴ δυνηθῇς τὸ πρίασθαι ἢ ἐπριάμην θεῖναι, ἐκεῖ τὰ ἀπὸ τοῦ ὠνοῦμαι τάττε. ἔνθα δ' ἂν τὰ ἀπὸ*

	τοῦ πρίασθαι, φυλάττου θάτερον.
16) III 154 *καὶ λήκυθον δ' ἂν εἴποις καὶ στλεγγίδα· ἐκαλεῖτο δὲ καὶ στλεγγὶς καὶ ξύστρα καὶ σπαθίς.*	n. 266 p. 358 R 299 L *Ξύστραν μὴ λέγε, ἀλλὰ στλεγγίδα.*
17) IV 168 *μάρις δ' ἑξακότυλον* (*ἑξαχοίνικον* BC)	n. 387 p. 490 R 412 L *ἑξάπηχυ καὶ ἑξαέτης· καὶ ἐντεῦθεν ἀφαιρήσεις τὸ α, ἕξπηχυ καὶ ἑξέτης καὶ ἕκπλευρον.*
18) IV 170 *καὶ πεντάπουν καὶ ἑπτακαιδεκάπουν καὶ πεντάπηχυ καὶ ὅσα τοιαῦτα, . . .*	n. 386 p. 490 R 412 L *πεντάμηνον, πεντάπηχυ. μετάθες τὸ α εἰς τὸ ε, πεντέμηνον λέγων καὶ πεντέπηχυ.*
19) IV 190 *διεφθορὸς ἕλκος*	n. 136 p. 246 R 160 L *διεφθορὸς αἷμα· τῶν ἀμαθῶν τινες ἰατρῶν λέγουσιν οὕτω, σολοικίζοντες, δέον λέγειν διεφθαρμένον αἷμα . . . .*
20) V 89 *εἴποις δ' ἂν . . . καὶ περιστερὰς γογγύζειν.*	n. 336 p. 463 R 358 L *Γογγυσμὸς καὶ γογγύζειν. ταῦτα ἀδόκιμα μὲν οὐκ ἔστιν, Ἰακὰ δέ . . . . ἀλλὰ τοῦτο μὲν Ἴωσιν ἀφείσθω, ἡμεῖς δὲ τονθρυσμὸν καὶ τονθρύζειν λέγωμεν, . . .*
21) V 102 *τὸ πρόσωπον περιχρίει, ἐπεντρίβει, καλλιγραφεῖ, . . .*	n. 99 p. 203 R 122 L *καλλιγραφεῖν, διαλελυμένως λέγουσιν ἐκεῖνοι· εἰς κάλλος γράφειν.*
22) V 141 *ὀνόματα δ' εὐεργέτης, εὐεργετικός, οὐ γὰρ καὶ εὐποιητικός, φιλόδωρος δὲ καὶ εὐχάριστος.*	n. 11 p. 69 R 18 L *εὐχαριστεῖν οὐδεὶς τῶν δοκίμων εἶπεν, ἀλλὰ χάριν εἰδέναι.*
23) VI 9 *τὸ δὲ ἐνήλατον κλιντήριον*	n. 155 p. 267 R 178 L *ἐνήλατα κλίνης ἢ σκίμποδος οὐ χρὴ λέγειν τὸν Ἀττικίζοντα, ἀλλὰ κρασιτήρια.*

24) VI 33 *τεμάχια κρεῶν* (Bekker, *τεμάχη* Dind.)	n. 13 p. 72 R 21 L *τέμαχος κρέως ἢ πλακοῦντος ἢ ἄρτου οὐκ ὀρθῶς ἐρεῖ τις, ἀλλὰ τόμος κρέως ἢ πλακοῦντος· τὸ δὲ τέμαχος μόνον ἐπὶ ἰχθύος.*
25) VI 35 *παρασιτεῖν καὶ παρὰ τοῖς νεωτέροις παράσιτος ... ἐπὶ μέντοι τοῦ παρασιτεῖν κατὰ λιχνείαν ἢ κολακείαν πρῶτος Ἐπίχαρμος τὸν παράσιτον ὠνόμασεν, εἶτα Ἄλεξις.* cfr. IV 119, 146, 148 et VI 123).	n. 114 p. 214 R 139 L *Παρασίτους οὐκ ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι ἐπ' ὀνείδους, ὡς νῦν, ἀλλὰ κόλακας . . .*
26) VI 39 *ἀπὸ δὲ βρωμάτων βιβρώσκειν . . .*	n. 302 p. 376 R 347 L *βρώσομαι, κακῶς ὁ Φαβωρῖνος. οἱ γὰρ Ἀττικοὶ ἀντ' αὐτοῦ ἔδομαι χρῶνται καὶ κατέδομαι.*
27) VI 47 *κογχύλια, . . . χῆμαι, κόγχαι . . .*	n. 365 p. 479 R 387 L *χήμη· πόθεν ἀνεμίχθη τῇ τῶν Ἑλλήνων φωνῇ, ἄδηλον. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι κογχύλην λέγουσι τοῦτο.*
28) VI 52 *ἀλεκτρυόνες ἀλεκτορίδες.*	n. 207 p. 307 R 228 L *Ἀλεκτορὶς εὑρίσκεται ἐν τραγῳδίᾳ που καὶ κωμῳδίᾳ, λέγε δὲ ἀλεκτρυὼν καὶ ἐπὶ θήλεος καὶ ἐπὶ ἄρρενος ὡς οἱ παλαιοί.*
29) VI 54 *ἀσφάραγος ὁ ἀκανθίας, ὅρμενος ἥμερος ἀσφάραγος· . . .*	n. 89 p. 196 R 110 L *ἀσπάραγος, καὶ τοῦτο δυοῖν ἁμαρτήμασιν ἔχεται, ὅτι τε ἐν τῷ π καὶ οὐκ ἐν τῷ φ λέγεται, καὶ ὅτι ἴδιόν τι φυτόν ἐστιν ἄγριον ὁ ἀσφάραγος καὶ οὐκ ἐν τοῖς ἡμέροις καταλεγόμενον . . .*
30) VI 54 *γογγυλίδες· λέγουσι δὲ καὶ γογγύλας.*	n. 81 p. 182 R 103 L *Γογγύλη· καὶ ἐνταῦθα ἁμάρτημα. οἱ γὰρ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ*

στρογγύλου τιθέασιν, οἱ δὲ νῦν ἐπὶ τῆς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων γογγυλίδος καλουμένης. λέγε οὖν ἐπὶ τοῦ λαχάνου γογγυλίς, ἀλλὰ μὴ γογγύλη.

31) VI 60 *αἱ δὲ περιτταὶ σκευσίαι ὀνθυλεύσεις καὶ μονθυλεύσεις ἐκαλοῦντο, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ . . . .*

n. 334 p. 461 R 336 L *Μονθυλεύω· οὕτω τινὲς τὸ μολύνοντα ταράττειν λέγουσι. καὶ ἔστι δυσχερές. ἀπόρριπτε οὖν καὶ τοῦτο.*

32) VI 87 *τὸ δὲ κοχλιάριον καλοίης ἂν μυστιλάριον ἢ κοχλιώρυχον.*

n. 293 p. 369 R 321 L *κοχλιάριον· τοῦτο λίστρον Ἀριστοφάνης ὁ κωμῳδοποιὸς λέγει, καὶ σὺ δὲ οὕτω λέγε.*

33) VI 94 *παῖς ἐκκορείτω, παρακορείτω . . . σαιρέτω κορήθρῳ ἢ καλλύντρῳ· σάρον γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ ἐν τῇ ἅλῳ ἐκάλουν, . . .*

n. 62 p. 156 R 83 L *κόρημα χρὴ λέγειν, οὐχὶ σάρον, καὶ κορεῖν καὶ παρακορεῖν, ἀλλὰ μὴ σαροῦν.*

n. 63 p. 156 R 83 L *σάρωσον ἐπειδὰν ἀκούσῃς τινὸς λέγοντος, κέλευσον παρακόρησον λέγειν, ὅτι οὐδὲ σάρον λέγουσιν, ἀλλὰ κόρημα καὶ κάλλυντρον.*

34) VI 103 *λύχνοι δὲ καὶ λυχνία· οὕτω δὲ ἐκαλοῦντο αἱ λυχνίαι, . . .*

n. 289 p. 367 R 313 L *λυχνίαν· ἀντὶ τούτου λυχνίον λέγε, ὡς ἡ κωμῳδία.*

35) VI 128 . . . *κάπηλος, ὀπωρώνης, ὀπωροπώλης.*

n. 181 p. 286 R 206 L *ὀπωροπώλης· τοῦθ' οἱ ἀγοραῖοι λέγουσιν, οἱ δὲ πεπαιδευμένοι ὀπωρώνης ὡς καὶ Δημοσθένης.*

36) VI 161 *καὶ ἡμίκακον δὲ Εὐκλείδης λέγει καὶ Σοφοκλῆς, Ἀριστοφάνης δὲ καὶ ἡμικάκως, . . .*

n. 314 p. 419 R 336 L *ἡμίκακον· οὐχ οὕτως ἀλλ' ἡμιμόχθηρον φαθί.*

37) VI 188 Ὁ δ᾽ ἐπ᾽ ἀφροδισίοις μαινόμενος λάγνης ἂν καὶ λάγνος ῥηθείη, . . .
n. 161 p. 272 R 184 L λάγνης διὰ τοῦ η, ἀλλὰ μὴ λάγνος.

38) VII 15 καὶ ἐμπόλω Διοσκούρω ἐν Ἥρωσιν Ἀριστοφάνης (Dindorf, Διοσκόρω Bekker).
n. 212 p. 310 R 235 L Διόσκουροι, ὀρθότερον Διόσκοροι. γελάσει οὖν τοὺς σὺν τῷ υ λέγοντας.

39) VII 18 σιτομέτραι, ὡς Ὑπερίδης, ἀφ᾽ οὗ τὸ σιτομετρεῖν.
n. 360 p. 477 R 383 L σιτομετρεῖσθαι μὴ λέγε. λύων δ᾽ ἐρεῖς σῖτον μετρεῖσθαι.

40) VII 21 . . . ἀρτοποιοί, ἀρτοπόποι. Ξενοφῶν δὲ καὶ ἀρτοκόπους ἔφη· τὸ δὲ ῥῆμα τὸ ἀρτοκοπεῖν ἐν Φρυνίχου Μονοτρόπῳ, . . .
n. 198 p. 303 R 222 L ἀρτοκόπος, ἀδόκιμον. χρὴ δὲ ἀρτοπόπος ἢ ἀρτοποιὸς λέγειν.

41) VII 42 ῥάψαι συρράψαι, βελόνη βελονίδες, ῥαφεῖς ῥαφίδες.
n. 72 p. 174 R 90 L βελόνη καὶ βελονοπώλης ἀρχαῖα, ἡ δὲ ῥαφὶς τί ἐστιν οὐκ ἂν τις γνοίη.

42) VII 165 κηρὸν τήκειν, ἀλεαίνειν, χεῖν, λύειν, ἀνιέναι, . .
n. 19 p. 79 R 27 L ἀνεῖναι ἐλαίῳ ἢ ὄξει ἢ ἄλλῳ τινί λέγουσιν οἱ ἰατροί, πάνυ ἀμαθῶς· δεῖ γὰρ διεῖναι λέγειν.

43) VII 170 . . κολλυβιστής, ὡς Λυσίας ἐν τῷ περὶ χρυσοῦ τρίποδος.
n. 404 p. 499 R 440 L κολλυβιστὴς οὐκ ὀρθῶς· . . . .

44) VII 178 λύχνος λυχνοῦχος, λύχνιον ἐλλύχνιον.
n. 141 p. 250 R 162 L ἐλλύχνιον· καὶ τοῦτο τῶν εἰςκωμασάντων ταῖς Ἀθήναις. Θρυαλλίδα οὖν ῥητέον.

45) VII 182 . . . ἐργολάβους· . . . ὧν τοὺς ἐναντίους τοὺς ἐκδιδόντας, ἐργοδότας εἴρηκε Ξενοφῶν.
n. 326 p. 456 R 344 L ἐργοδότης οὐ κεῖται, τὸ δὲ ἐργοδοτεῖν παρά τινι τῶν νεωτέρων κωμῳδῶν, οἷς καὶ αὐτοῖς οὐ πειστέον.

46) VII 191 . . Ὑπερίδης δὲ ἐν τῷ ὑπὲρ Μίκας ἔφη „ἐμισθώσατο τυλυφάντας,“ . . .
n. 151 p. 256 R 173 L τύλην, εἰ καὶ εὕροις που, σύνκνέφαλον λέγε.

47) VII. 196 λιβανωτοπῶλαι, λιβανοπῶλαι, λιβανωτοπωλεῖν δὲ Ἀριστοφάνης ἔφη. (λιβανοπῶλαι om. Bekker). n. 163 p. 273 R 187 L λίβανον λέγε τὸ δένδρον, τὸ δὲ θυμιώμενον λιβανωτόν· ...

48) VII 200 εἰ δὲ Λυσίου ὁ κατ' Αὐτοκλέους λόγος, ἐν ᾧ γέγραπται „ψηφοπαικτοῦσι τὸ δίκαιον“, εἴη ἂν καὶ ὁ ψηφοπαίκτης ἐν τέχνῃ ... n. 217 p. 313 R 240 L παῖξαι· Δωριεῖς διὰ τοῦ ξ, ὁ δὲ Ἀττικὸς παῖσαι. καὶ παίσατε καὶ συμπαίστης διὰ τοῦ σ ἐρεῖς.

49) VII 211 ... βιβλιογράφος δὲ παρὰ Ἀντιφάνει ἐν Σαπφοῖ. n. 67 p. 158 R 85 L βιβλιαγράφος· οὕτω λέγουσιν ἐν πέντε συλλαβαῖς καὶ διὰ τοῦ α, οὐχὶ τετρασυλλάβως διά τοῦ ο.

Itaque Phrynichus undequinquaginta Pollucis glossas (vel quadraginta septem, si Bekker numeros 38 et 47 ex codicibus, non ex coniecturis emendavit) improbat eruditosque eis uti vetat, quarum vocum plus dimidio libri VI et VII qui de instrumentis agunt, continent. Postquam Phrynichum et Pollucem aequales propter rationem atticissandi fontiumque eligendorum adversarios fuisse intelleximus, magnas controversias inter hos duos atticistas fuisse, quoad reliquiae permittunt, aperuimus. Acerrime autem Phrynichus in Pollucem invehitur in his glossis 3, 6 (cfr. 8, 27, 44), 7, 19 (cfr. 42), 33, 35, 38, 41. Iam intellegimus, cur Phrynichus in praefatione dixerit: *Οὐ λανθάνει δὲ σέ, ὥσπερ οὐδ' ἄλλο τι τῶν κατὰ παιδείαν, ὥς τινες ἀποπεπτωκότες τῆς ἀρχαίας φωνῆς καὶ ἐπὶ τὴν ἀμαθίαν καταφεύγοντες πορίζουσι μάρτυράς τινας τοῦ προειρῆσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχαίων τάσδε τὰς φωνάς. ἡμεῖς δὲ οὐ πρὸς τὰ διημαρτημένα ἀφορῶμεν, ἀλλὰ πρὸς τὰ δοκιμώτατα τῶν ἀρχαίων.* Quae qui dicit non philosophos, oratores, medicos castigat, sed grammaticos, qui ipsi quoque in lexicis componendis sudaverunt, neque homines temporis acti, sed aequales[1]). Atque conclu-

[1]) Accedit quod Pollux de eadem re reprehenditur a Luciano Rhet. praec. c. 16 sq. et scholiasta in Luc. p. 174 R: *σωρὸν δὲ λέξεων ἀδιάκριτον ὑφιστάντα.*

dendum nobis est Phrynichum libros *περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων* scripsisse postquam Pollux septimum librum emisit, cuius aemuli auctoritas, atticissandi ratio et usus, liberalitas summae invidiae erat Phrynicho atticistae huius aetatis severissimo. Quae inimicitiae eo iucundiores sunt cognitu, quod Pollux in decimo libro non solum a vituperationibus adversarii se defendit, sed etiam ipse eum aggreditur.

Atque cum Phrynichus sextum et septimum libros, qui de instrumentis agunt, vehementissime castigavisset, ultimum librum Pollux iterum de instrumentis composuit, testimoniis auctis defensionis causa copiosoque subsidio, Eratosthenis volumine, quod *Σκευογραφικόν* sive *Ἀρχιτεκτονικόν* inscriptum erat, primum adhibito. Quod volumen ad suum usum vertere Pollucis plurimum intererat, praesertim cum Eratosthenes inscriptionum Atticarum testimoniis nisus esset. Quo fit, ut Pollux in decimo solo libro inscriptiones Atticas laudet, quas tantum abest, ut ipse collegerit, ut contra in ceteris eius libris nusquam inveniamus. Qua ex re nobis concludendum est, Pollucem non ipsum eas inspexisse, sed exscripsisse ex Eratosthenis thesauris, quibus qua ratione ad librum X componendum sit usus supra exposuimus. Pollux autem inscriptionum testimonia quo doctior esse videatur largiter in librum suum transtulit, quas quanti aestimaverit unus locus doceat: X 39 *τὰ μὲν οὖν τυλεῖα καὶ τὰ κνέφαλλα οὐ μόνον παρὰ τοῖς κωμῳδοῖς ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Δημιοπράτοις πέπραται κνέφαλλον καινὸν καὶ κνέφαλλον παλαιόν* [1]).

Glossarum a Phrynicho reprehensarum Pollux defendit has 1) I 79 cfr. Phryn. n. 227 p. 321 R 252 L, X 43 *καὶ*

---

[1]) Itaque dubium esse non potest, quin X 35 post *τῶν γὰρ ἀδοξοτέρων* (sc. *εἰσίν*) interpungendum sit. Neque enim *χαμεύνη* et *χαμεύνιον* voces Pollux repudiat, quas apud optimos testes, demioprata dico et Euripidem suum, invenerit, sed excusare se studet, quod Critonis Messeniam et Rhintonis Telephum non legerit. *τῶν γὰρ ἀδοξοτέρων* non ad *χαμεύνη* et *χαμεύνιον* spectant, sed referuntur ad quae antecedunt verba *ἐγὼ δ' οὐκ ἐντετύχηκα τοῖς δράμασιν.* — X 97 *μολύβδου κρατευταί* restituendum est pro *μολυβδοκρατευταί* ex C. J. A. I 319.

μὴν τοῖς μὲν οἰκέταις ἐν κοιτῶνι ἢ προκοιτῶνι ἢ πρὸ κοιτῶνος ἀναγκαῖα σκεύη . . . (cfr. X 32, X 47).

2) vide n. 16 p. 24:

X 62 Ἐπὶ δὲ γυμνάσιον ἐντεῦθεν τραπομένῳ λήκυθος ἐλαιηρά τις ἔστω ἢ καὶ ληκύθιον, καὶ στλεγγίδες. καὶ ξυστίδας δ' αὐτὰς ἄν τις εἴποι· ἔν τε γὰρ ταῖς Ἐπιχάρμου Νήσοις εὕρηται τοὔνομα καὶ Δίφιλός που ἐν Κιθαρῳδῷ ἀνδρὶ εἴρηκεν· λήκυθον ξύστιν τ' ἔχεις; ἐγὼ δὲ καὶ ξύστραν [1]).

3) vide n. 23 p. 24:

X 34 μέρη δὲ κλίνης ἐνήλατα καὶ ἐπίκλιντρον, τὸ μέν γε ἐπίκλιντρον ὑπὸ Ἀριστοφάνους εἰρημένον· Σοφοκλῆς δ' ἐν Ἰχνευταῖς σατύροις ἔφη· ἐνήλατα ξύλα τρίγομφα διατορεῦσαί σε δεῖται.

4) vide n. 32 p. 26:

X 89 χρηστέον δὲ καὶ μυστίλαις ἢ μυστίλοις ἢ γλώτταις ἢ μυστιλαρίοις ἢ κοχλιωρύχοις ἢ λιστρίοις . . .

5) vide n. 33 p. 26:

X 29 εἰ δὲ καὶ σαίρειν φήσεις τὸν θυρωρόν, τί κωλύει κἀκεῖνο καλεῖν σάρον; ἡ χρῆσις γὰρ ἀπὸ τῆς ἅλω καὶ ἐπὶ τὰς οἰκίας ἄγει τοὔνομα, ὥσπερ καὶ μυλήκορον ἄν τις αὐτὸ καλέσειεν· καίτοι σαφὲς ὅτι τοῦτο τῷ μύλῳ προσήκει· ἀλλ' ὅμως Ἄρχιππος εἴρηκεν ἐν Ἰχθύσι· τὴν ἀγορὰν μυληκόρῳ.

6) vide n. 34 p. 26:

X 115 καὶ λύχνιον μὲν ἐφ' οὗ ἐντίθεται ὁ λύχνος, ἡ καλουμένη λυχνία.

7) vide n. 41 p. 27:

X 136 προσδεῖ καὶ ῥαφίδος, ἣν Ἄρχιππος ἐν Πλούτῳ ὠνόμασεν· ῥαφίδα καὶ λίνον λαβὼν τὸ ῥῆγμα σύρραψον τόδε.

---

[1]) ἐγὼ δὲ καὶ ξύστραν Pollucis sunt, non Diphili. An putas Diphilum contra sensum pugnare, cum ei dicendum esset καὶ ξύστραν γε (C. A. F. II 558 Kock)? Quid? quomodo dramatis persona B interrogata, num ξύστιν haberet, respondere omnino potest ἐγὼ δὲ καὶ ξύστραν, cum στλεγγίς, ξύστις, ξύστρα synonyma sint? Denique Pollux ξυστίδας tantum testimoniis probare studet (ἔν τε γὰρ . . . . . εὕρηται τοὔνομα . . .) et exspectamus eum ipsum ξύστραν additurum esse, cum etiam in III 154 hanc vocem protulerit. Immo ἐγὼ δὲ καὶ ξύστραν Pollucis sunt, qui quod ξυστίδας pro στλεγγίσι poni liceat, Diphili versum λήκυθον ξύστιν τ' ἔχεις laudat. Tum sibi ξύστραν quoque placere adicit.

καὶ βελόνης δὲ τοὔνομα ἐν Εὐπόλιδος Ταξιάρχοις· ἐγὼ δέ γε στίξω σε βελόναισιν τρισίν. καὶ βελονίδες, ὡς Ἕρμιππος ἐν Μοίραις.

8) VII 79 cfr. Phryn. n. 379 p. 487 R 401 L:

X 138 *καὶ στρωματεῖς δὲ Ἀπολλόδωρός τε ὁ Γελῷος ἐν Ψευδαίαντι ἔφη· μάχαιρα λόγχη στρωματεύς, ὁ δὲ Καρύστιος Ἀπολλόδωρος ἐν Ἀντεεργετοῦντι· τοὺς στρωματεῖς ἔλυον. κέχρηται δὲ τῷ ὀνόματι καὶ Ἀντιφάνης ἐν Ἀποκαρτεροῦντι.*

9) vide n. 44 p. 27:

X 115 *τὸ δὲ ἐντιθέμενον τῷ λύχνῳ θρυαλλίς, ἐλλύχνιον, φλόμος.*

10) vide n. 46 p. 28:

X 39 *τὰ μὲν οὖν τυλεῖα καὶ τὰ κνέφαλλα οὐ μόνον παρὰ τοῖς κωμῳδοῖς ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Δημιοπράτοις πέπραται κνέφαλλον καινὸν καὶ κνέφαλλον παλαιόν. καὶ τύλη δὲ παρ' Εὐπόλιδι ἔστιν ἰάζοντι ἐν τοῖς Κόλαξιν. ἀλλὰ καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ Ἰοκλεῖ λέγοντι· κτλ.*

Qua in re cum glossarum alteras repetat tantum, alteras testimoniis ornet, dubito an acerrime X 62 et 138 sententiam suam defendat, cum illic *ξύστραν* nisi sui nominis auctoritate superbe addita non defendit, hic *στρωματεῖς*, quamquam VII 79 hanc vocem non ab antiquioribus traditam esse dixit eiusque usum dubium reliquit, castigatione incensus summo studio probat. Atque iucundissimum est *σαίρειν* et *σάρον* vocum defensionem cognoscere, iucundissima illa quaestio: .. *τί κωλύει κἀκεῖνο καλεῖν σάρον;* Itaque novae comoediae auctores non iam repudiat, immo saepe laudat, ut perseverare se in sua ratione atticissandi quam maxime possit perspicue declaret, sicut in his decem glossis Diphilum, Archippum, Apollodoros Geloum et Carystium testes habet imitandos nec non Epicharmum Syracusanum etiamque Ionicam vocem *τύλη* commendat, quod apud Eupolin et Sophoclem legitur: tantopere enim Pollucem atticistam a testibus pendere demonstravimus. Antiphanis autem cuius *βιβλιογράφος* VII 211 a Phrynicho erat castigatus, laudat comoedias ut optimos atticistarum fontes, ex quibus vocum notiones intellegantur X 62, 88, 103, 109. Denique Phrynichum ipse reprehendit his locis.

n. 143 p. 251 R 164 L *Θυείαν λέγε, μὴ ἴγδιν.*

n. 153 p. 265 R 176 L *παροψὶς τὸ ὄψον, οὐχὶ δὲ τὸ ἀγγεῖον· τοῦτο δὲ τρύβλιον ἢ λεκάριον καλοῦσιν.*

n. 262 p. 355 R 293 L *φλοῦς· καὶ τοῦτο ἡμάρτηται· οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι φλέως λέγουσι. καὶ τὸ ἀπὸ τούτου πλεκόμενα φλέϊνα καλεῖται.*

n. 312 p. 418 R 334 L *ἐνδυμενία· ἀμαθῶς, δέον διττῶς λέγειν, ὡς Εὔπολις Κόλαξι, σκεύη τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν καὶ ἔπιπλα.*

n. 348 p. 470 R 373 L *Οἰκίας δεσπότης λεκτέον, οὐχ ὡς Ἄλεξις οἰκοδεσπότης.*

X 103 *τὴν δὲ θυΐαν καὶ θυΐδιον εἴποις ἂν κατ' Ἀριστοφάνην . . καὶ ἴγδιν δὲ αὐτὴν κεκλήκασι Σόλων τε ἐν τοῖς ἰάμβοις λέγων . . . καὶ ἔτι σαφέστερον Ἀντιφάνης Κοροπλάθῳ.*

X 87 *τὰς δὲ παροψίδας ἡ μὲν πλείστη χρῆσις ἐλέγχει τοὔνομα ἐπὶ μάζης ἢ ζωμοῦ τινος ἢ ἐδέσματος εὐτελοῦς, ὃ ἔστι παροψήσασθαι, τεθέν· οὐ μὴν ἀλλὰ κἀπὶ τὸ ἀγγεῖον ἑλκτέον τὴν κλῆσιν· οὐ γὰρ ἄχθομαι τὰ συνήθη τῶν ὀνομάτων, κἂν παρά τινι τῶν ἧττον κεκριμένων εὕρω, παράγων εἰς χρῆσιν, ἐπειδὰν ἔχω τὴν πρὸς τὸν εἰπόντα ἀποστροφήν . . .*

X 178 *φλοΐνην δὲ ἐσθῆτα Ἡροδότου εἰπόντος, σοὶ τοῦτο ὑπάρχει λέγειν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πλεγμάτων, οἷον . . .*

X 12 *τὴν δὲ τοιαύτην κατασκευὴν ἐνδομενίαν οἱ πολλοὶ καλοῦσιν· ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπαινῶ μὲν τοὔνομα, μηνύω δέ, ὅστις εἰπὼν αὐτῷ ἀπολογεῖσθαι βούλοιτο, ὡς ἔστιν ἔν τινι βιβλίῳ, ὅτι ἐν Ὀλυμπιάδος ἀπογραφῇ, . . . οὕτως ἐγγέγραπται.*

X 21 *ἀλλὰ μὴν τὸ κοινότατον τουτὶ καὶ μᾶλλον τεθρυλημένον, τὸν οἰκοδεσπότην καὶ τὴν οἰκοδέσποιναν, οὐκ ἀποδέχομαι μὲν τοὔνομα, ὡς δὲ ἔχῃς*

	εἰδέναι, μηνύω σοι ὅτι καὶ ταῦτα ἄμφω εὗρον ἐν Θεανοῦς τῆς Πυθαγόρου γυναικὸς ἐπιστολῇ πρὸς Τιμαρέταν γραφείσῃ· ὁ δὲ οἰκοδεσπότης ἔστι καὶ Ἀλέξιδος ἐν Ταραντίνοις
n. 398 p. 496 R 427 L κάκκαβον· διὰ τοῦ η κακκάβην λέγε· τὸ γὰρ διὰ τοῦ ο ἀμαθές· καὶ γὰρ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιδάλῳ χρῆται διὰ τοῦ η.	X 106 καὶ κάκκαβον δὲ τὴν κακκάβην κατὰ τὴν τῶν πολλῶν χρῆσιν Ἀντιφάνης κέκληκεν εἰπὼν ἐν Παρασίτῳ· . . . καὶ Νικοχάρης δὲ ἐν Λημνίαις εἴρηκε κακκάβους.

Nonnullas igitur voces, quas Phrynichus repudiavit, testimoniis fulcit Pollux et quamquam *οἰκοδεσπότης* et *ἐνδομενία* nominibus ipse non vult uti, tamen tantum abest, ut ea a ceteris literatis adhiberi vetet, ut testes, qui eis usi sint, indicet. Tum Herodoti auctoritatem defendit, quem sequi non dubitat. Quin etiam cottidiano sermone utitur X 88 *οὐ γὰρ ἄχθομαι τὰ συνήθη τῶν ὀνομάτων*[1]*, κἂν παρά τινι τῶν ἧττον κεκριμμένων εὕρω* (cfr. X 60), *παράγων εἰς χρῆσιν, ἐπειδὰν ἔχω τὴν πρὸς τὸν εἰπόντα ἀποστροφήν. τὸ μὲν γὰρ . . .*, neque enim cum atticistis severioribus facit X 23 *οἱ μὲν οὖν ἀκριβέστερον ἑρμηνεύειν πειρώμενοι τὰς κλεῖς οἴονται προσήκειν λέγειν, ὅτι καὶ παρὰ Δημοσθένει ἐπὶ τοῦ ἐν τῷ σώματι μέρους εἴρηται „τὴν κλεῖν κατεαγότα". ὁμώνυμον δ' ἐστὶν ἑκάτερον ἑκατέρῳ τοὔνομα, . . . ἐν δὲ τῷ Λυσίου πρὸς Φίλιππον ἐπιτροπῆς τὰς κλεῖδας εὑρήκαμεν, . . .* quibuscum atticistis Phrynichus sentit apud Bekkerum Anecd. Gr. I p. 48, 7.

§ 4. De summa litis, quo tempore fuerit.

Inter Pollucem et Phrynichum aequales maximas controversias fuisse intelleximus. Quamquam enim eorum consuetudinem non sequor, qui testimonia inimicitiarum a sophistis

[1]) Philostratus epist. praec. I p. 337 W. *τὴν ἰδέαν ἀττικωτέραν μὲν ξυνηθείας, ξυνηθεστέραν δ' ἀττικίσεως.* Cfr. Galenum XIII p. 407, 8 K.

saeculi IV eorumque discipulis exercitarum [1]) in saeculum II transferunt, tamen quantopere sophistae huius iam aetatis inter se certaverint Philostratus nonnullis locis nos docet [2]). Quod enim scribit V. S. I 8, 5 τὸ γὰρ φιλότιμον . . . ἐπὶ τοὺς ἀντιτέχνους φοιτᾷ, expertus dicere videtur. Itaque Herodes et Secundus (V. S. I 26, 1), Timocrates et Scopelianus (V. S. I 25, 4), Polemo et Phavorinus (V. S. I 8, 5), alii multi inimicitias exercuerunt, Proculus Naucratita invectivam in omnes qui Athenis docuerunt, composuit et ne Hippodromo quidem pepercit (V. S. II 27, 3). Discipuli iam rixas inter se ciebant (V. S. II 21, 3) et magistros ab adversariis defendebant (V. S. I 25, 12; II 10, 2; 26, 1; 27, 3). Accedit quod illis temporibus multi adversarium ita aggredi solebant, ut eius nomen celarent, sicuti Theodotus Herodem (V. S. II 2, 1), Philostratus Lemnius Aspasium (V. S. II 33, 3), Lucianus Pollucem [3]).

Quae cum ita sint, nec Phrynichum Pollucis nec Pollucem Phrynichi mentionem fecisse mirum non est. Quid? quod Phrynichus in septem priores tantum libros Pollucis invehitur et Pollux ante l. VIII compositum professoris munere instructus a vituperationibus adversarii se defendit, verisimile est Phrynichum non solum paulo post l. VII Pollucis emissum libros suos scripsisse sed etiam cum Polluce de cathedra Atheniensi sophistica certavisse. Hoc munus quod ab omnibus sophistis honestissimum esse existimatum certum est [4]), et Phrynichus et Pollux appetebant. Ac Pollux libros VI et VII vix emisisse videtur, cum cathedra sophistica Atheniensis praeceptore vacat.

---

[1]) Qua de re doctissime egit G. Sievers, Das Leben des Libanius 1868, p. 34 sq., 46.

[2]) G. Boissier Revue des deux mondes LXII 1884, p. 337. G. F. Hertzberg, Geschichte Griechenlands unter der Herrschaft der Römer II 1868, p. 509 sqq., III 1875, p. 103, 113 sq. H. Peter, Die geschichtliche Literatur über die römische Kaiserzeit bis Theodosius I und ihre Quellen I 1897, p. 331. E. Rohde, Der griechische Roman 1900², p. 317, adn. 2.

[3]) C. F. Ranke, Pollux et Lucianus 1831, p. 30 sqq.

[4]) G. Bernhardy, Grundriss der griechischen Literatur I³ 1861, p. 587 sq.

In hos ut novissimos Pollucis libros, quos Commodum in hac cathedra deferenda maxime spectaturum esse putat, Phrynichus vehementius invehitur quam in ceteros. Sed cum Pollux ipsi Commodo libros dedicet, Phrynichus ad Cornelianum, qui ab epistulis Caesaris erat, suos mittit eumque summis laudibus effert [1]). Nam quamquam Pollux Commodi studium atticissandi laudibus celebrare non neglegit (I 1, IV 1), tamen ille artes et literas non ita coluisse videtur [2]). Neque dubito quin Phrynichus re consulta et explorata Cornelianum summo magistratu praeditum adierit, cui philosophorum et sophistarum delectum Commodus fortasse eodem modo permisit, quo Marcus Herodi Attico (V. S. II 2, 2).

Neque vero Phrynicho sed Polluci praemium tribuitur. Quamquam enim Phrynichus diligentior erat Polluce, tamen eius ratio testibus Attici sermonis utendi tam difficilis erat, ut qua voce uti liceret, qua non, nisi grammaticus ne eruditus quidem scire posset [3]). Itaque cum Caesares ea sententia studiis illis faverent, ut eruditorum sermo elegantior fieret, Pollux superavit Phrynichum. Praeterea Phrynichus Menandri et Xenophontis, quorum auctoritas s. II. multum valebat [4]), sermonem tam acriter castigaverat, ut Cornelianus, qui ipse quoque inter Menandri laudatores erat [5]), Phrynichum Caesari commendare nollet. Pollucem autem tam gratiosum fuisse apud Commodum Philostratus narrat (V. S. II, 12, 4), ut ab ipso Caesare cathedram acciperet.

De cathedris et philosophi [6]) et sophistae [7]) illa aetate inter se certabant, ut Apollonius Naucratita contra Heraclidem

---

1) n. 356 p. 474 R 379 L, n. 370 p. 482 R 391 L.

2) Aelii Lampridii Commodus Antoninus, c. 1.

3) Cfr. Wilamowitzium, Die griechische Literatur des Altertums 1905, imprimis p. 146.

4) Cfr. p. 13 adn. 1, Phrynichum n. 393 p. 492 R, Schmidium apud Pauly-W. IV 1901, p. 1248 s. v. Cornelianus.

5) Phrynichus l. l.

6) Lucianus Eunuch. c. 3.

7) Cfr. p. 34 adn. 4.

pugnare non desiit, priusquam eum cathedra depulit (V. S. II 19, 1; 26, 1), Cassianus autem ad cathedram nitebatur, quotienscumque praeceptore vacabat, Chrestum laudat Philostratus, quod hoc certamen non curaverit (V. S. II 11, 2), suum ipsius desiderium magis aperiens quam recondens cum dicit. V. S. II 2, 1 προὔστη (sc. *Θεόδοτος*) *καὶ τῆς Ἀθηναίων νεότητος πρῶτος ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μυρίαις. καὶ οὐ τοῦτό πω ἄξιον, οὐδὲ γὰρ πάντες οἱ ἐπιβατεύοντες τοῦ θρόνου τούτου λόγου ἄξιοι.* Cum igitur quanti cathedrae honorem sophistae aestimavissent demonstraverimus, controversiam quae inter Pollucem et Phrynichum erat, muneris et honoris certamine auctam esse ponentes a vero non longe aberrare nos puto. Itaque Phrynichus Pollucem aggreditur eo ipso tempore, quo cathedra praeceptore vacabat et Pollux, qui septem priores onomastici libros iam emiserat, ad cathedram nitebatur. An casu factum esse putas, ut Phrynichus in eos ipsos libros, qui ante munus illud delatum emissi sunt, ac vehementissime in eorum postremos, VI et VII dico, inveheretur, postea ne unum quidem Pollucis librum reprehenderet, sed Pollux se defenderet ab adversarii vituperationibus?

Primus praefuit Theodotus cathedrae sophisticae Athenis stipendio imperatorio ornatus. Quodsi quo anno Pollux huic cathedrae praepositus sit eruerimus, etiam discemus, quo tempore Pollucis onomasticon et ecloga Phrynichi scripta sint. Difficillima haec quaestio est, quae nisi ambagibus quibusdam necessariis diiudicari non potest.

Sed priusquam de tempore quo cathedra sophistica condita sit agimus, necesse est discerni inter duas cathedras, sophisticam et politicam. Neque vero *ὁ σοφιστικὸς θρόνος* et *ὁ πολιτικὸς θρόνος* ita differunt, ut haec urbana, illa regia cathedra, utraque sophistica sit intellegenda[1]). Sed rectius mihi Carolus

[1]) Zumpt, Über den Bestand der philosophischen Schulen in Athen. Abh. d. Berl. Akad. 1842 p. 48 sqq. Bernhardy l. l. I 1861^3 p. 591 sqq., Fr. Hertzberg l. l. II p. 407, III p. 99, C. Wachsmuth, Die Stadt Athen im Altertum I 1874 p. 699 sqq., Croiset Histoire de la Littérature Grecque V 1899 p. 570 adn. 3.

Brandstaetter in dissertatione doctissima de notionum πολιτικὸς et σοφιστής usu rhetorico[1]) docuisse videtur „Notabilis est locutio πολιτικὸς θρόνος, cui opponitur ὁ σοφιστικὸς θρόνος. est enim ea cathedra, qua non sophistica ars sive epidictica sed civilis — seu mavis iudicialis, ad quam fere restricta illa erat — docebatur" [2]). Neque vero electione aut compositione verborum ita inter se differebant professores utriusque cathedrae, ut politicae professores colerent „eam elocutionem, quae orationibus civilibus accommodata est, virilem nimirum ac nervosam, ut opposita audienda sit sophistica, quae vere est ὑπόβακχος καὶ διθυραμβώδης" [3]).

Nam primum Apollonius Atheniensis ipsius Hadriani sophistae erat auditor, ut inde colligi possit, etiam eos qui nullum aliud genus nisi iudiciale colebant, imbutos esse institutione sophistica[4]). Theodotum enim qui ipse quoque cathedram sophisticam obtinuit, genere iudiciali praestitisse constat (V. S. II 9, 5) et Hadriani quae nobis tradita sunt fragmenta, huius generis sunt[5]). Falsa autem eorum sententia est, qui sophistas a foro abhorruisse dicunt[6]).

---

[1]) Leipziger Studien XV 1894 p. 194.

[2]) Eandem sententiam defendunt Fr. Chr. Schlosser in Schlosseri et Berchtii Archiv für Geschichte und Literatur I 1833 p. 221, A. Westermann, Geschichte der griechischen Beredsamkeit 1880 p. 199, K. O. Müller, Programm zur Göttinger Säkularfeier 1830 p. 15 sq., C. F. Weber, Commentatio de academia literaria Atheniensium seculo secundo post Christum natum 1858.

[3]) Brandstaetter l. l.

[4]) E. Kuhn, Die städtische und bürgerliche Verfassung des römischen Reichs 1864 I p. 90 sq. Peter l. l. I p. 8 sqq., Rohde l. l. p. 303, Mommsen, Römische Geschichte V 1885 p. 335 sqq.

[5]) W. Schmid, Der Atticismus IV 1896 p. 540.

[6]) Quam sententiam defendit cum aliis Peter l. l. I p. 8. Verumtamen sophistae, i. e. rhetorum praeceptores, non solum sophistas docuerunt, sed omnes eruditos, qui omnibus imperii muneribus praeerant. Quin etiam ipsi legationes suscipiebant, velut V. S. I 21, 12, I 25, 12 Scopelianus, I, 25, 2 Polemo, II 5, 2 Alexander Peloplato, II 20, 1 Apollonius Atheniensis, ludis praeerant, velut II 17, 1 Rufus, I 25, 1 et 8 Polemo, II 1, 7 Herodes, II 27, 2 Hippodromus, sacerdotia habebant,

Tum Apollonius ipse reprehenditur, quod modulis poeticis usus sit, cum Hadrianus his vitiis caruerit (V. S. II 20, 3), ut is ipse qui cathedram sophisticam obtinuit, *σεμνοπρεπής*, is qui politicam, *διθυραμβώδης* sit appellandus.

Quae cum ita sint, duas illas cathedras non elocutione sed materie inter se differre apparet.

De tempore quo condita sit Athenis cathedra sophistica, obstant inter se quattuor imprimis testimonia:

1) Spartiani Hadrianus. cap. 16:

. . . omnes professores et honoravit et divites fecit, licet eos quaestionibus semper agitaverit.

2) Capitolini Antoninus Pius. cap. 11:

rhetoribus et philosophis per omnes provincias et honores et salaria detulit.

3) Philostrati Vitae sophistarum. I 23, 1:

Λολλιανὸς δ' ὁ Ἐφέσιος προὔστη μὲν τοῦ Ἀθήνησι θρόνου πρῶτος.

4) Philostrati V. S. II 2, 1:

προὔστη δὲ (sc. *Θεόδοτος*) *καὶ τῆς Ἀθηναίων νεότητος πρῶτος ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μυρίαις κτλ.*

Variis variorum sententiis omissis, qui quantopere inter se dissentiant nemo nescit, proferam meum de hac re iudicium.

---

velut II 10, 4 Hadrianus, II 20, 1 Apollonius Atheniensis, Aelianus (Suidas s. v. *Αἰλιανός*), Julius Vestinus (Pauly VI 2522).

Deinde magistratus suscipiebant, velut consulatum I 25, 18, II 1, 8 Herodes Atticus, II, 6 Codration, II 24, 2 Antipater, praeturam I 23, 1 Lollianus, II 1, 7 Herodes, II 2, 1 Theodotos, II 20, 1 Apollonius Atheniensis, correctoris et curatoris muneri praeerant, velut II, 1, 4 Herodes, II 32, 1 Heliodorus.

Quin etiam saepissime causas et suas et aliorum agebant, velut I 19, 2 sqq. Nicetes, I 21, 6; 21, 10 Scopelianus, I 22, 6 Dionysius, I 22, 6; 25, 19 Polemo, II 10, 6 Hadrianus, II 25, 1 Ptolomaeus, II 23, 3 Damianus, II 32, 3 Heliodorus, II 33, 4 Philostratus Lemnius.

Itaque fieri non potest, quin Francogallis assentiamur, qui de sophistis multo aequius et rectius agunt quam nostrates, velut Waddington Mémoire de l'institut impérial XXVI 1867 p. 258, Boissier Revue des deux mondes LXII 1884 p. 316 sqq., Croiset Histoire de la lit. gr. V. 1899 p. 568 sq. et uni Mitteisio Reichsrecht und Volksrecht 1891 p. 189 sqq.

Ac primum quidem Theodotus discipulus erat Lolliani (V. S. II 2, 2), ut Theodotum ante Lollianum cathedram accepisse cogitari nequeat. Itaque cum Philostratus tradat Lollianum primum cathedrae praefuisse, Theodotum primum stipendio regio ornatum hoc munus inisse, concludendum est cathedram sophisticam iam ante Theodoti aetatem conditam esse, salarium decem milium annuum primo Theodoto esse datum.

Theodotum autem Herodis Attici adversarium eo tempore cathedram accepisse verisimile est, quo et Athenienses et Marcus imperator Herodi suscensuerunt (V. S. II 2, 1; 2, 26) [1]. Cum Herodes in imperatoris odium incideret, Marcus Sirmii erat (V. S. II 1, 26), ubi a° 173 eum fuisse scimus [2]. Accedit quod post Avidium Cassium victum a° 175 Marcus Herodem in amicitiam revocavit [3], id est post biennium discordiae, et per biennium tantum Theodotus cathedrae Atheniensi praefuit (V. S. II 2, 2). Quae cum ita sint, dubium esse non potest, quin Theodotus ab a° 173 usque ad am 175 cathedrae sophisticae praefuerit, a° 173 primum salarium annuum datum sit.

Herodem ipsum quoque hoc munere functum esse in vita Aristidis traditur. Neque vero post Theodotum id factum est, cum post inimicitias cum Marco Aurelio ortas Marathone aut Cephisiae moratus et paulo post am 176 mortuus esse videatur [4]. Accedit quod a° 176 cum Marcus Aurelius Athenis moraretur [5], Hadrianus sophista Herodis discipulus cathedram sophisticam tenebat (V. S. II 10, 7), cui paulo ante, id est a° 175, hoc munus imperator detulerat, quamquam Hadrianum nondum audiverat. Iam intellegimus Marcum Aurelium postquam Herodem sibi reconciliavit, Theodotum post biennium Herodi

---

[1]) Fülles de Ti. Claudii Attici Herodis vita 1864 p. 26.

[2]) Carl Schultess Herodes Attikus 1904 p. 24. Schiller Geschichte der römischen Kaiserzeit I 2 1883 p. 647, v. Rohden apud Pauly-W. I p. 2299.

[3]) v. Rohden l. l. p. 2300, Schultess l. l. p. 26 adn. 8.

[4]) Schultess l. l. p. 26 adn. 8.

[5]) Schultess l. l. p. 1.

molestum dimisisse, substituisse Hadrianum discipulum Herodi carissimum.

Herodes igitur ante Theodotum sophisticae cathedrae praeerat, qui cum quantis divitiis quam bene usus sit nemo nesciat, salario minime egebat. Sed cum cathedram ad Theodotum Marcus deferret, eum non magna pecunia muneratus est, sed in omne tempus salarium annuum constituit.

Neque enim ad hoc certum salarium spectant, quae Spartianus de Hadriano et Capitolinus de Antonino Pio nobis tradunt, sed Hadrianus et Antoninus amplis praemiis sophistas ac philosophos totius imperii afficiebant, quae quanta essent, imperatores statuebant. Itaque quis condiderit cathedram Atheniensem, aliis argumentis diiudicandum est.

Lollianum primum praefuisse cathedrae Philostratus tradit, qui quo imperatore floruerit, addere neglegit. Auditor autem erat Lollianus Isaei, qui circa a^m^ 100 floruit, quo tempore Plinius Secundus epistularum librum alterum scripsit[1]), ut verisimile sit Lollianum Hadriano regnante floruisse cathedramque accepisse. Quod Hadrianum cathedram condidisse dicimus, accedit argumentum alterum atque id gravissimum. Bibliothecam enim Athenis Hadrianus condidit[2]), si Hieronymo credere licet, a° 132[3]). Cuius forma in tabula illa Doerpfeldiana conspicitur[4]). Cum bibliothecae ipsius aedificio coniunctae sunt porticus sex, ut videtur, exedris ornatae, quarum usum Vitruvius V 11, 2 Rose nobis explicat: „constituantur autem in tribus porticibus exhedrae spatiosae, habentes sedes, in quibus philosophi rhetores reliquique qui studiis delectantur sedentes disputare possint“[5]). Itaque Hadrianus non solum bibliothecam condidit, sed etiam qui illius thesauris uterentur professores

[1]) M. Schanz, Geschichte der römischen Literatur II 2. 1901² p. 273.

[2]) Pausanias I 18, 9 ed Hitzig-Blümner.

[3]) C. Wachsmuth, Die Stadt Athen im Altertum I 1874 p. 692 adn. 1. W. Weber, Untersuchungen zur Geschichte des Kaisers Hadrianus 1907 p. 274.

[4]) *Πρακτικὰ τῆς ἀρχαιολογικῆς ἑταιρίας* 1885 tab. 1, cfr. W. Iudeichium Topographie von Athen 1905 p. 334 sqq.

[5]) Cfr. C. Wachsmuth apud Pauly-W., suppl. I 1903 p. 187, 32 sqq.

elegisse videtur, ut bibliothecam cum academia coniungeret. Sophisticae cathedrae primus praefectus est Lollianus a^o 132.

Quamdiu Lollianus hoc munere functus sit, quo tempore post eum Herodes cathedram acceperit, nescimus. Post Herodem Theodotus ab a^o 173 usque ad a^m 175 per biennium cathedram tenebat primus stipendio annuo decem milium ornatus, quem secutus est Hadrianus Herodis discipulus.

Quo imperatore Hadrianus sophista superiorem quoque cathedram Romae acceperit, Philostratus non tradit (V. S. II 10, 8), sed cum hunc honorem, quasi summus esset, cum ceteris muneribus et donis coniungat, quibus illum Marcus Aurelius afficiebat, Marco imperatore Hadrianus Romam venisse videtur[1]. Atque cum Marcus a^o 178 contra Marcomannos et Quados iterum proficisceretur, manifestum est iam ante bellum redintegratum, a^o 177 vel 178, Hadrianum ab Marco esse arcessitum. Quot per annos Hadrianus Romae docuerit, ex his concludo: Mortuus est Hadrianus circa 80 annos natus (V. S. II 10, 9) Commodo regnante (180—192), natus igitur intra annos 100 et 112. Duodeviginti fere annos natus (V. S. II 10, 1) Herodem audivit, qui natus est a^o 101[2]. Magistrum autem si non pluribus, attamen decem annis maiorem fuisse discipulo verisimile est, ut a^o fere 110 natum esse Hadrianum, a^o 128 Herodi se in disciplinam dedisse[3], a^o 190 mortuum esse putemus.

---

[1]) Post Marcum Aurelium mortuum Hadrianum Romanam cathedram accepisse Revillout putat nullo argumento nisus Mémoires de l'académie de Montpellier VI 1880 p. 50. Quocum consentit Croiset l. l. V p. 645.

[2]) Schulthess l. l. p. 26 adn. 8.

[3]) Computantem me adiuvat quod Herodes intra annos 130 et 135 διορθωτής (= corrector, qui est inter legatos Caesaris C. J. L. VIII 7059) in Asia erat Antonino Pio proconsule (cfr. Pauly-W. II 2495, 56 sqq.), qui quamdiu hoc munere functus sit nescimus. Neque enim rectum est, quod Gudeman et Fourneaux ad Taciti Agricolae c. 9 Kritzii ut videtur auctoritatem secuti dicunt legatos Augusti minus triennio munere numquam functos esse; qua ex lege Agricolam excipi ab imperatore Vespasiano, ut sperare potuerit se consulem mox factum iri. Nituntur enim loco quodam Cassii Dionis, quem necesse est proferam (l. LII c. 25

Sed mittamus paramper Hadrianum, quaeramus de Heraclidis et Hippodromi sophistarum temporibus. Quorum Hippodromus postquam cathedram per quattuor fere annos obtinuit (V. S. II 27, 6), Smyrnam venit Heraclide iam mortuo (V. S. II 27, 7). Heraclides autem priusquam Smyrnae docuit, Athenis cathedrae praefuit (V. S. II 26, 1). Itaque Heraclidem Hippodromus secutus est, non Heraclides Hippodromum[1]). Cathedra Atheniensi autem decessisse videtur Heraclides paulo postquam coram Severo imperatore continuandae declamationis facultas eum defecerat (V. S. II 26, 3), qui imperator a° 197 Athenis moratus est[2]). Hippodromus igitur ab a° 197 usque ad a^m^ 201 cathedrae praefuit, gratiam autem imperatoris sibi conciliaverat, quod Clementi Byzantio victoriam tribuere ausus erat, (V. S. II 27, 2), dum Byzantium obsidetur (194—196).

Hippodromum qui secuti sint nescimus, scimus a° fere 213 Philiscum cathedram accepisse, quam per 7 circiter annos

---

Sturz III 117). *Λαμβανέτωσαν δὲ μισθὸν πάντες οὗτοι οἱ τὰς ἔξω τῆς πόλεως ἀρχὰς ἐπιτρεπόμενοι . . . καὶ ἀρχέτωσαν μήτε ἔλαττον ἐτῶν τριῶν (εἰ μή τις ἀδικήσειέ τι) μήτε πλεῖον πέντε.* Sed me hercle, hic locus est ex concilio Augusti, ad quod Agrippam et Maecenatem adhibuerat, quo in concilio Maecenas in hanc sententiam locutus est (nam capita 14—40 ex Maecenatis oratione sunt; post caput 13 „periit Agrippae orationis exitus, exordium verborum Maecenatis“ Boissevain). Re vera Augustum iussisse legatos ab ipso designatos ultra annum esse cum imperio, quousque videlicet ipsi placeret, ex eiusdem Cassii apparet l. LIII c. 13 (ubi de legatis Augusti agitur) *τῇ οὖν ἐπικλήσει τῇ τῶν ἀντιστρατήγων τοὺς αἱρετοὺς χρῆσθαι καὶ ἐπὶ πλείω καὶ ἐνιαυτοῦ χρόνον, ἐφ᾽ ὅσον ἂν ἑαυτῷ δόξοι, ἄρχειν ἐποίησε.* Cfr. Marquardtium Römische Staatsverwaltung I² p. 550 et Mommsenium Römisches Staatsrecht II² p. 245. Itaque gravem errorem et editorum Taciti corrigi volo et Christii Geschichte der griech. Litt. 1905⁴ p. 708 n. 8 (ubi pro 42 scribe 52) dissertatione P. Meyerinisi (De Maecenatis oratione a Dione ficta. Berolini 1891), quam inspicere non potui.

[1]) Errat igitur Hertzberg l. l. III p. 103.

[2]) Nimirum Septimius Athenas visit, cum Brundisio in Asiam veheretur. (Schiller l. l. I p. 718). Neque enim Heraclides a° 202 sive 204 ab Atheniensibus legatus ad Caesarem profectus est (Revillout l. l. p. 50; 65), cum Heraclidem ex oratione redeuntem omnes discipuli comitati sint (V. S. II 26, 4). Error natus est ex Olearii edit. V. S. p. 641.

tenebat (V. S. II 30, 1): Annum 213 his argumentis conclusi. Philiscum Caracalla immunitate privavit (V. S. II 30, 1), quam tamen paulo post Philostrato Lemnio viginti quattuor annos nato iterum praebuit (V. S. II 30, 3). Philostratus Lemnius autem Hippodromi discipulus erat (V. S. II 27, 5), qui ab a° 197 usque ad a^m 201 Athenis iuventutem docuit, nec minorem 10 annis a° 201 Hippodromi disciplina eum usum esse verisimile est. Itaque a° fere 215 vicesimum quintum annum egit, cum immunitatem acciperet, qua paulo ante, a° fere 213, Philiscus privatus erat. Accedit quod Philostratus Lemnius cum Olympiis quibusdam orationem haberet, vicesimum tertium annum egit[1]). Itaque si Olympiis a^i 213 orationem illam habuit, a° 201 undecimum annum, quam aetatem iam ex alia ratione poposcimus, a° 215 vicesimum quintum egit.

Neque vero traditum est, quis inter Hippodromum et Philiscum, quamdiu Heraclides cathedram tenuerit. Ante Heraclidem Pausanias hoc munere fungebatur, qui postea superiorem cathedram Romae conscendit, ubi mortuus est (V. S. II 13). Nam Aspasium Ravennatem, qui Pausaniae et Hippodromo in disciplinam se tradidit[2]), primum Romae, deinde Athenis studiorum causa commoratum esse manifestum est, ut concludendum sit Pausaniam Romae docuisse, dum Athenis Heraclides, Hippodromi decessor, cathedrae praeesset. Itaque Pausanias docebat Romae si non usque ad posteriorem annum, attamen usque ad 197 (cum non sit, cur Aspasius studia non continuaverit) et Athenis ante Heraclidem cathedram tenebat. Atque cum Hadrianus a° fere 190 mortuus sit Romae, Pausaniam hoc anno Romam arcessitum esse concludimus.

Pausanias autem Athenis non diu docuisse videtur, nam ante Pausaniam et post Hadrianum Pollux noster cathedram

---

[1]) Auctor vitarum sophistarum Philostratum Lemnium discipulum Hippodromi appellat, nimirum quod eius disciplina institutus erat, non quo Philostratus etiam tum, 22 annos natus, discipulus esset. Saepius enim Philostratus sophistas discipulos appellat alicuius, etsi disciplina non iam utuntur.

[2]) Suidas p. 184 ed Bekker (= Westermann, Biogr. Graec. p. 331).

Atheniensem accepit. V. S. II 12, 4 *ἐλέγετο δὲ ταῦτα καὶ μελιχρᾷ τῇ φωνῇ ἀπαγγέλλειν, ᾗ καὶ τὸν βασιλέα Κόμμοδον θέλξας τὸν Ἀθήνησι θρόνον παρ' αὐτοῦ εὕρετο.* Atque Commodus, cum a° 176 imperator factus esset, Polluci suo Hadriani discipulo cathedram detulisse videtur, cum primum Hadrianus Romam est arcessitus, a° 178. Mortuus est Pollux cum quinquagesimum octavum annum ageret, multo minor aetate quam magister (V. S. II 12, 4), nonnullis annis ante 190[1]).

Huic tantae, tam difficili rationi obstare videtur, quod Commodus „quem singulis decem librorum epistulis Caesarem semper adloquitur, Caesar factus est 166 tres annos natus, ab anno autem 176 imperator una cum patre summa potestate fungebatur". Itaque „Atheniensem cathedram accepit ante annum 176, quippe cum ea gloriari videatur in epistula octava" [2]). Verumtamen ab a° 173 usque ad a^m^ 175 Theodotus, ab a° 175 usque ad a^m^ 178 Hadrianus hoc munere fungebatur. Neque vero ex appellatione Caesaris quidquam concludi potest[3]) cum etiam imperatores non solum apud ceteros auctores, sed etiam in inscriptionibus[4]) Caesares appellentur. Atque cum imperatores saepissime *κύριοι* nominentur[5]) et Pollux Commodum in l. III epistula primum sic adloquatur, libros 1 et 2 ante 176,

---

[1]) Pollucem ca a^m^ 193 mortuum esse demonstravit Revillout l. l. p. 64, ca a^m^ 185 rectius R. Helm Lukian und Menipp 1906 p. 291 adn. 2.

[2]) Bethe in edit. Poll. praef. p. V., cf. Kaibelium, De Phrynicho sophista p. 18.

[3]) Quodsi ita se haberet, Pollux librum I dedicaret Commodo tres tantum annos nato neque ceterorum librorum epistulae cum hac pueritia consentiunt.

[4]) Cfr. Dittenbergeri Orientis Graeci vol. II tit. 683, 511, 502. Sed cur longinqua sectamur? Pollux ipse, cum Marcus a° 178 Crispinam Commodo in matrimonium collocaret, epithalamium composuit, quod inscribitur *εἰς Κόμμοδον Καίσαρα ἐπιθαλάμιον*, vide Suidae lexicon s. v. *Πολυδεύκης*.

[5]) Imperatorum titulorum rationem, quam pervestigatis papyris Graecis cognoscere conatus sum, hoc loco brevissime tantum circumscribere volo (sed cave ne indicibus corporum papyrorum confidas, qui hac quidem in re nonnunquam fallunt). Atque invenitur *καῖσαρ* (sive *κ. σεβαστός* sive *κ. αὐτοκράτωρ*) post nomen primum Ox. Pap. IV t. 746, 12

3—10 post a^{m} 176 scriptos esse puto, quorum l. 8—10 post a^{m} 178 emissi sunt.

Sophistarum autem, qui Atheniensem cathedram tenebant, successio est haec:

Lollianus	132 – ?
?	
Herodes Atticus	?
Theodotus	173—175
Hadrianus	175—ca. 178
Pollux	ca. 178—ca. 185
Pausanias	ca. 185—ca. 190
Heraclides	ca. 190—197
Hippodromus	197—201
?	
Philiscus	ca. 213—219

Iuvat successionem eorum sophistarum adicere, qui Romanae cathedrae praefuerunt. Atque Hadrianus ab a^{o} 178 usque ad a^{m} 190 eam tenebat, quem secutus est Pausanias si non diutius, attamen usque ad a^{m} 197. Cui successerunt Euodianus Smyrnaeus (V. S. II 16) et Claudius Aelianus (V. S. II 31). Eo

(a^{o} 16), postremum P. Berol. II 379, 28 (a^{o} 67), ut hic titulus Iuliorum et Claudiorum genti sit proprius [*αὐτοκράτωρ καῖσαρ* post nomen sive *αὐτοκράτωρ* ante et *καῖσαρ* post nomen rarissime invenitur a Galbae usque ad Nervae tempora, primum Ox. Pap. II 289 col II 1 (a^{o} 83) et II 248, 35 (a^{o} 80), ultimum Ox. Pap. II 371 (a^{o} 97) et IV 713, 44 (a^{o} 97)]. *αὐτοκράτωρ καῖσαρ* anteponitur (discerni necesse est a *καῖσαρ αὐτοκράτωρ*) primum Pap. Berol. II 644, 1 (a^{o} 69), postremum Pap. Lips. I 5 col. II 11 (a^{o} 293), id est a Vespasiano usque ad Diocletianum. Deinde sequitur formula *ὁ δεσπότης ἡμῶν*, primum invenitur Pap. Berol. III 928, 44 (a^{o} 288) et Pap. Fior. 37a, 7 (a^{o} 301), semper adhibetur ex a^{o} 307 (Constantino et Licinio regnantibus) Pap. Berol. II 408, 19, saepissime coniuncta cum „*ὑπατείας*". — Semper *κύριος* vim tituli imperatorii habet, atque inveni *ὁ κύριος* (post nomen) primum Fayum Pap. n. 67, 2 (a^{o} 80), ultimum Pap. Berol. I 359, 1 (a^{o} 180), *ὁ κύριος ἡμῶν* (ante nomen) primum Pap. Giss. 40 (a^{o} 118), cfr. Kornemannum Klio VII 1907 p. 282 adn. 1 et Pap. Berol. II 462, 8 Antonino Pio imperatore, ultimum Ox. Pap. I 102, 1; 286, 1 (a^{o} 306), *καῖσαρ ὁ κύριος* (post nomen) primum Ox. Pap. I 37, 6 (a^{o} 49), ultimum Pap. Lips. I 11, 5 (a^{o} 247).

tempore, quo Philostratus vitas sophistarum scripsit, Aspasius docere nondum desierat (V. S. II 33, 4) id est a° 230/1[1]), qui per longum tempus cathedram tenebat (V. S. II 33, 2).

Cum quibus annis Pollux libros Onomastici X emiserit eruerimus, facile intellegitur, quo tempore eius adversarii scripserint. Ac Phrynichus quidem Eclogam a° fere 178[2]), Lucianus Rhetorum praeceptorem a° fere 180 vulgavit[3]). Neque enim obstat, quod Phrynichus Eclogam Corneliano dedicavit, cum Cornelianus non Marco et Vero imperatoribus[4]), sed Marco et Commodo[5]) ab epistulis esset Graecis[6]).

---

[1]) Philostratum a° 229 vitas sophistarum emisisse Schmid apud Pauly-W. II p. 1723, 31 sqq. ex consulari titulo Gordiani falso concludit, quem tum proconsulem fuisse ex Philostrati epistula apparet (*ἄριστ' ἀνθυπάτων*, qua cum laude cfr. Pauly-W. III p. 921). F. Rudolph, Leipziger Studien VII 1884 p. 4 sq., Fertig De Philostratis sophistis 1894 p. 19.

[2]) Atque Eclogam post Praeparationem compositam esse verisimile est. Nam Kaibelii sententiam Praeparationem post Eclogam emissam esse (l. l. p. 14) dicentis refutavimus, cum Eclogam in Praeparationis l. 5 praefatione minime laudari demonstraverimus p. 11 adn. 6.

[3]) Cfr. Rankeium l. l. p. 36, Christium l. l. p. 774.

[4]) Lobeck Phrynichus p. 418, quocum consentit Kaibel p. 3, 14.

[5]) Friedländer, Darstellungen aus d. Sittengesch. Roms I[6] 1888 p. 113, 188 sq. Peter, Die geschichtliche Literatur I p. 331, Schmid apud Pauly-W. IV p. 1248.

[6]) Imperatores ab epistulis fecerunt Graecis: Hadrianus Julium Vestinum (Pauly VI p. 2522), Hadrianus sive Antoninus Pius Celerem (V. S. I 22, 5), Marcus Aurelius Alexandrum Peloplatonem (V. S. II 5, 3), Marcus Aurelius et Commodus Cornelianum, (Commodus voluit hoc munus deferre ad Hadrianum V. S. II 10, 9), Septimius Severus Antipatrum (V. S. II 24, 1 II 25, 4), Caracalla Aspasium (V. S. II 33, 3).

II.

De Phrynichi et Pollucis disciplinis.

§ 1. De Hadriani declamationibus.

1. De excerptis quibusdam Hadriani et Iamblichi.

Quoniam quanta controversia inter Phrynichum et Pollucem et qualis fuerit, demonstravi, nunc quaerendum esse puto, utrum lexicographi illi propter suas ipsorum opiniones inter se alienas inimicitias exercuerint, an rationes atticissandi ex sua uterque disciplina susceperit.

Nam e Philostrati vitis sophistarum satis apparet, quanti magistri a discipulis eius aetatis aestimati sint. Pollucem disciplina Hadriani usum esse nobis tradit Philostratus (V. S. II 12, 2) neque tamen praeceptoris aut virtutes aut vitia adaequasse. Sed ut accuratius intellegamus, quae ratio intercedat inter Hadrianum et Pollucem, Hadriani quae dicuntur declamationes diligentius necesse est examinemus.

Sub Hadriani nomine quattuor fragmenta et sex sententias, quas ‚quintum fragmentum' infra appellabo, primus edidit Leo Allatius in Excerptis variis Graecorum sophistarum et rhetorum Romae 1641 ex codice Vaticani 1354 simillimo; codicem quem adhibuerit, Allatius non indicat[1]). Ex Allatii editione transtulerunt haec fragmenta J. C. Orellius in editionem Philonis Byzantini 1816 et Chr. Walz in Rhetorum Graecorum vol I 1832. Postremus Christ Geschichte der griechischen Litteratur 1905[4] p. 844 omnia excerpta Hadriano attribuere videtur, quem tamen IV. demum saeculo floruisse putat. Neque vero Iamblicho[2])

[1]) Hinck Polemonis declamationes, p. VIII.

[2]) De brevitate secundae syllabae, cfr. Guidonem Winter, De mimis Oxyrhynchiis 1906 p. 6.

nonnulla fragmenta a viris doctis iam dudum vindicata esse scire videtur, praesertim cum recentissimum editorem Walzium esse putet.

Primus enim Isaacus Vossius cum inspexisset cod. Laurentianum LVII 12 (?), fragmentum cuius titulus est *περὶ προόδου τοῦ Βαβυλωνίων βασιλέως* Iamblichi esse intellexit. Qua de re rettulit Joannes Vossius pater Isaaci in libro de historicis Graecis altero editionis II a librario post auctorem mortuum aº 1651 emissae p. 482 (= p. 275 editionis a Westermanno aº 1838 retractatae). „Quin hodieque Iamblichi Babylonica extant in bibliotheca Escuriaca. Ac, eius licet rei nescius, fragmentum quoque edidit Leo Allatius" et in Addendis p. 548 „Sed quod Adriani Rhetoris putavit, id aliter est. Neque enim hic declamationis quicquam simile est, ut in tribus prioribus, quae vere sunt Adriani Sophistae. Inque bibliothecae Florentinae codice, unde exscripsit filius meus Isaacus, aperte est, *ἐκ τῶν Ἰάμβλίχου* (sic) *ἱστοριῶν Βαβυλωνιακῶν*. Inscribitur id Iamblichi fragmentum, *Περὶ προόδου τοῦ Βαβυλωνίων βασιλέως*".

Secutus est Isaaci et Joannis Vossi doctrinam Paulus Colomesius in Opusculis (Paris 1668) p. 16, ubi ipse quoque integri Iamblichei codicis bibliothecae Scoriacae mentionem facit, quem fama pervulgatum non iam extare valde dolendum est, et Bernardus de Montfaucon, qui in Bibliothecarum mss. I 1739 p. 349 ad plut LVII 12 adnotat „Parecbolae ex Callinico, Adriano Rhetore, Iamblichi historia Babylonica, Diodoro Siculo".

Verumtamen de codicis auctoritate dubitaverunt De la Rochette Mélanges de critique et de philologie 1812, cuius dubitationes auxit J. C. Orellius l. l. p. 204, et P. Hofmann-Peerlkamp Bibliotheca critica nova II 1826 p. 224, cuius sententiam excepit Geel[1]).

Sed quod hic obiecit, refutavit R. Hercher Hermes I 1866 p. 363 adn., quod ille, E. Rohde, Der griechische Roman 1900² p. 369 adn. 2, 370 adn. 1, 378, 380 fin.

[1]) Catalogus librorum manuscriptorum qui inde ab anno 1741 Bibliothecae Lugduno-Batavae accesserunt 1852 p. 24, tit. 72.

Neque tamen Chr. Walz l. l. p. 526 sqq. neque R. Hercher Erot. scr. Graec. I 1858 hoc fragmentum Iamblicho vindicavit, sed in addendis et corrigendis vol. II 1859 p. LXVI sq. ab Angelo Mai[1]) monitus fragmenta 4 et 5 inter Iamblichi excerpta inseruit. Deinde idem Hercher Hermes I 1866 p. 362 sqq etiam duo quae antecedunt fragmenta Iamblicho vindicavit ea re, quod in margine cod. Laurentiani scriptum sit sub finem declamationis secundae *ἰαμβλίχου ἱστοριῶν βαβυλωνιακῶν*. Assentientes habet Rohdeium l. l. p. 365 adn. 1 et Nordenium, Die antike Kunstprosa I 1898 p. 436 sq.

Apographon cod. Laurentiani quod J. Gronovius Lugduni-Batavorum habuit quodque adhuc extat in bibliotheca Leydensi equidem idem esse putabam, quod Isaacus Vossius ex bibl. Florentinae codice exscripsisset. Verumtamen vir doctus G. de Vries mecum communicavit hoc exemplar quod in fol. 138 sqq. codicis Gronovii 28 tria excerpta continet *Δεσπότης κτλ*, *τὸ ἅρμα κτλ*, *θανάτου καταφρονήσας κτλ*, quae omnia Iamblicho vindicarentur, „hortante Gronovio ex codice minime vetusto in bibl. Laurentiana" a manu incognita descriptum esse.

Denique Hinck in editione Polemonis declamationum 1873 p. IX nesciens Vossii, Gronovii, Hercheri observationes Iamblichi fragmentis „orationem domini servum coram rege adulterii accusantis addendam esse docuisse codicem Laurentianum diligentius examinatum" exposuit. Nam cum ipse codices Vaticanum (B) et Laurentianum (A) conferret „*ἰαμβλι*[χ] *ἱστοριῶν βαβυλωνιακῶν* sub finem praecedentis excerpti in margine ab eadem manu adscriptum habere A" ipse quoque vidit (p. 46 n. ad l. 13). Neque tamen cum p. IX se fugisse dicat Hercherum fragmentum Iamblicho vindicasse, colligi potest, Hinckium Herchero assentiri[2]) neque enim aliud nisi sententiam Hercheri a sua alienam profert.

Adscriptum esse eo quem indicavit Hercherus loco excerpti *Μισθοφόροι κτλ*

[1]) Scriptorum veterum nova collectio, II 1827 p. 818 sqq.
[2]) Quod fecit Norden l. l. I p. 437.

χ Ἰαμβλι$^{\chi'}$ ἱστορι$^{\nu}$,

βαβυλωνιακ$^{\nu}$: χ

vir doctus Rostagno benignissime mecum communicavit. Sed cum auctorem aliis locis cum *ἐκ* praepositione indicatum legamus velut in margine excerpti *περὶ δύο ἀριστευσάντων* fol. 123 *ἐκ τοῦ διοδώρου* et excerpti *ἐπιστολὴ ἀμάσιδος βασιλέως αἰγύπτου* fol. 126 *ἐξ ἡροδότου*, facile dixerit quispiam eo de quo quaerimus loco non auctorem indicari sed agi de eiusmodi sententia, cuius similem apud Iamblichum scriba legerit; qua ex re ne unum quidem excerptum Iamblicho esse vindicandum. Verumtamen tenendum est, quod titulus *Ἰαμβλι*$^{\chi'}$ *κτλ* in margine non ab eadem manu adscriptus est, ut indicaverat Hinck, sed propter diversitatem litterarum et atramenti sine dubio ab altera manu esse titulum idem Rostagno mihi rescripsit. Itaque equidem de Iamblicho auctore addito non dubito.

Neque tamen hic titulus in margine appositus ad id excerptum pertinet, cuius sub finem scriptus legitur, sed ad ea fragmenta, quae sequuntur. Mirum enim esset scribam non sub initium, sed sub finem inscriptionem a prima manu neglectam in margine apposuisse, si fragmenta inde a secundo usque ad quintum Iamblicho vindicare voluisset. Quod mihi quidem incredibile esse videtur neque in toto hoc codice tale quidquam invenitur; multo verisimilius est, inscriptionem sive propter longitudinem tituli sive ex alia ratione spatii sive ex errore paulo prius adscriptam esse[1]).

Deinde cum duo quae sequuntur excerpta in Iamblichi historiis locum suum teneant, fortasse etiam sex illae sententiae solutae[2]) excogitari omnino non potest, quidnam milites stipendia

---

[1]) Eodem modo in Iacobi Schoepperi tragoedia, quae inscribitur Ectrachelistis etc., Coloniae 1546 in act. II 2 Septe, III 3 octo, III 3 sola loq<uitur> sub finem praecedentis partis in margine ascribuntur spatio non exigente.

[2]) Rohde l. l. p. 370 adn. 1, 378, 369 adn. 2.

exigentes, quid Amphictyones in historiis Babyloniacis sibi velint.

Deinde codex Allatii titulum exhibet in initio primi excerpti Ἀδριανοῦ τοῦ ῥήτορος μελέται τινές, qua ex inscriptione concludendum est, non unum solum fragmentum Hadriani extare, sed si non plura, certe duo.

Denique Hadriano duo priora, tria posteriora fragmenta Iamblicho esse vindicanda docet codicum ratio:

Quod secunda manus codicis Laurent. LVII 12 titulum Ἰαμβλι^χ κτλ adiecit, dubium esse non potest, quin hic librarius alterum codicem habuerit, ex quo titulum a primo librario neglectum in margine ascripsit. Itaque cum sperarem unum saltem ex tribus codicibus Leidensibus, qui tria posteriora fragmenta Iamblicho vindicant, ita discrepare a codice Laurentiano, ut eum non ex hoc codice, sed ex alio, fortasse eius sive gemello sive archetypo, exscriptum esse appareret, a v. illustrissimo G de Vries petebam, ut codices illos ad me mitteret. Quos postquam ille mihi benevole transmisit, ipse primum contuli.

Cum Exemplum Gronovianum 28 = Ga sine dubio apographon esse Meibomiani Jacobus Geel l. l. p. 24 dicat, tamen ex subscriptione cod. Ga apparet scribam ex codice quodem Laurentiano hausisse[1]). „Pauca haec Iamblichi hortante clariss. Gronovio in Bibliotheca Laurentiana Florentiae ex codice minime vetusto descripsi".

Scriptum est hoc apographum Ga ab eo viro, quem „οὐκ οἶδ' εἴτ' ἀπαίδευτον δεῖ καλεῖν εἴτε πεπαιδευμένον, εἴθ' ὅπερ εὔηθες δόξει καὶ ἀπαίδευτον καὶ πεπαιδευμένον". Graece enim scribere bene novit, sed tam insane interpunxit, tam temere syllabas accentus spiritus aut neglexit aut commutavit, tam inepte vocum litteras distraxit earumque ex membris novas

[1]) Hanc subscriptionem typis diligenter excussit P. Hofmann Peerlkamp Bibliotheca critica nova II 1826 p. 223 sq.

voces composuit[1]), ut quod scripsit, intellexisse eum cogitari omnino non possit.

Semper facit Ga cum A contra codicum B et a scripturas (Numeri sunt editionis Hinckii):

46,23	συνομολογησέιέ μοι	contra	Ba
47, 1	τὸ καὶ	„	„
2	νίκην	„	a
9	δοκεῇ (sic)	„	ABa
11	δὴ	„	a
14	ταῦτα	„	a
48, 7	ἐπέπρεψεν	„	B
13	βοηθήσῃ	„	a
27	εἰ δὲ μήγε	„	a
29	δ᾽ ὁρᾷ	„	a
49, 2	εὕρηκά σε	„	Ba
6	ἔστι	„	B
21	ἱππάρχαι, χιλιάρχαι	„	a
23	ψελλίοις	cum	ABa
24	δὲ	contra	Ba
50, 4	ἐλαύνουσιν σαίων	„	a
6	παραπλευριδίοις καὶ om.	„	Ba (quae verba etiam cod. a omisisse Hinck non recte dicit)
14	τὲ	contra	Ba
26	παρέχειν	„	Ba
27	διδάσκοι	„	Ba
51, 5	τοῦ αὐτοῦ	„	Ba

Nonnullis locis discrepat a codice Laur., quae discrepantiae ex scriptoris ingenio facile intelleguntur.

47, 9 δοκεῇ (sic)
48, 2 ἄρα
49, 2 αὐτῷ

47,23 προςτίμησεν
48, 4 ταῦτη (sic)

---

[1]) Velut ex 50, 8 ὥσπερ εὐδαιμίνων γυναικᾶν fecit ὥς περεῦδα μίνων γυναικὰν.

4 *κατέλιπες*
11 *ἐλεῖς*
22 *νουθετῆσιν*
23 *ἐπέμψας*
25 *ἐλούμενος*
49, 2 *γυναῖκι*
3 *μεραχίῳ*
51, 9 *πλάττει*

Quae cum ita sint, nil obstat quominus Ga ex codice Laur. LVII 12 = A Hinckii exscriptum esse putemus, praesertim cum scriba apographi Ga ipse dicat se ex codice Laurentiano hausisse.

Neque vero hoc ex apographo Gronovius in cod. Gron. 98 = Gb textum restituit, sed ipse ex cod. A exscripsit, quocum semper fere consentit. Omnes enim quas enumeravi corruptelas apographi Ga evitat, ipse in *ἆρα* pro *ἄρα* 48,2 et in *μὲν ὕπνοις* pro *ἐν ὕπνοις* scriptis labitur, titulum exhibet *Ἰαμβλίχου ἱστορικοῦ βαβυλωνιακοῦ* 46, 14 ex titulo in cod. A imminuto. Accedit quod folia 130 usque ad 132 in eo fasciculo ex eadem charta composito (inde a fol. 113 usque ad 141) sunt, cuius in capite haec verba servata sunt: „Monsieur <Iacob> o Gronovio Tot Florenca“, et in fol. 130b legimus „ex corpore epistularū“ (cfr. Montfauc. l. l. de cod. A).

A
/ \
Ga Gb

Qua ex re apparet in bibliotheca Christinae reginae Suecorum Iamblichi Babyloniaca nunquam exstitisse. Neque enim dubium est, quin Gronovius, cuius quanti Iamblichi fragmenta cognoscere interfuerit exposuimus, huius thesauri in bibliotheca Christinae reginae describenda mentionem facturus fuerit. Quam descriptionem, cum ad bibliothecarum et codicum memoriam fortasse aliquid valeat, hoc loco proferam, (cod. Gronov. 98, fol. 147 b).

„die 3 Iuli 1680 salutavi Reginā Suecorū q̂ dedit mihi veniam videndi bibliothecam suam satis politam. erat unum

musaeum plenum MSS. inter alios MSS vidi multos Horatios, Claudianum, Iuvenalem, multos Valerios Maximos, duos Gellios, multos Sallustios: in quorum uno legebatur ne vitam silentio transeant: silentio erat in initio regulae alia et qdē minori manu suprascriptum: transeant vero optime legebatur: erat in minori quarto litteris vetustis et magnis exaratus, item duo alia cubicula referta libris omnis generis impressis.

Bellorius non credit lampada ardere, licet sibi ipsi ab hominibus fide dignis q viderunt ipsi, narratum sit. est homo cordatus et candissimi pectoris. multa ipsi debeo.

in biblioth. Vaticana multae feriae sunt et tribus horis aut quinque antemeridianis patet: 25 May ad 31 May mihi negaverunt aditū dicentes, esse ferias.

omnes MSS hoc est 8 aut decem qdē in Medicea Bibliotheca S. Laurentii Florentiae, omnes unanimiter transeant legunt in illo Sallustii loco, ut vidi bene. 3 Iul. 1680.

item CODICEM THEODOSIANVM litteris maiusculis in maiori quarto quadrato et crasso: liber antiquissimus et qui cū pandectis Florentinis conferri posset. non credo alium similem extare. ut puto erat in Biblioth. Petavii."

Quamquam cod. Vatic. 1354 = B et editio Allatii ita inter se discrepant, ut Allatium non ex B, sed ex cod. a codicis B simillimo hausisse Hinck recte dicat, tamen B et a propter communes lacunas et corruptelas ab aliis alienas gemelli sunt ex uno codice derivati.

Nam cum alter alterius et lacunas et corruptelas evitet[1]), tamen B et a communes lacunas et errores exhibent, quibus A et M (= apogr. Meibom). carent.

43, 3 εἶχεν
44, 4 τις om.
46, 13 titul. om.
23 συνομολογήσει ἐμοί
47, 1 τῶ καὶ

[1]) Cfr. editionem Hinckianam.

49, 2 ἑώρακά σε
50, 14 τε om.
51, 5 τοῦ αὐτοῦ om.

Quo fit, ut B et a ex uno archetypo, quem x significavi, per se singulos derivatos esse concludendum sit.

x
/ \
B a

Semper fere B praeferendus est codici a, nisi quod a δίκην pro νίκην 47, 2 sine dubio ex τοιαύτην δίκην 46, 19 fortasse recte coniecit, titulum Ἀδριανοῦ τοῦ ῥήτορος μελέται τινὲς 44, 4 servavit, ἐλαύνουσι νισαίων 50, 4 pro ἐλαύνουσιν σαίων exhibet, contra B ἐπέτρεψεν 48, 7 pro ἐπέπρεψεν et ἐστι pro ἐστιν non recte scribit.

Iam intelleximus Meibomium nequaquam eodem codice usum esse quo Allatius, quod ita se habere Geel l. l. p. 24 dicit, sed facere cum A contra corruptelas codicum B et a. Praeterea A et M consentiunt contra ceteros codices

49, 24 δὲ
52, 8 ἵν' ἔχῃ
53, 4 σωμαθ'
55, 1 οὐκ ἂν
5 οἶδεν
11 προέκριναν

easdemque lacunas et errata habent contra ceterorum codicum scripturam:

44, 4 titul. om.
44, 22 μὴ δυνηθέντας.

Neque vero M derivatus est ex A neque A ex M, sed A et M gemelli sunt unius archetypi m.

Nam quominus A ex M sit scriptus, obstat non solum saeculorum ratio, sed etiam lacunae codicis M (50, 25 καὶ, 50, 28 ἑαυτὸν, 51, 5 τοῦ αὐτοῦ, 51,27 ἀριστείου, 55, 5 οἱ omisit), quas A explet.

Deinde ne cod. M quidem ex A derivatus est, quod M non solum lacunam cod. A, qui 50, 6 *παραπλευριδίοις καὶ* omisit, explet sed etiam omnes corruptelas codicis A fugit, cum exhibeat

46, 13 *ἰαμβλίχου ἱστορικοῦ βαβυλωνιακῶν.*
48, 2 *ἄρα*
49, 2 *αὐτῷ*
50, 4 *ἐλαύνουσι Νισαίων*
26 *παρέχει*
27 *διδάσκει*
52, 7 *ὑπασπισταῖς*,

et ipse a codicis A meliore scriptura discrepat his locis

43, 2 *ἡμᾶς*
45, 16 *διαπεπράχθαι*
50, 10 *χρυσήλαττον*
53, 22 *ἡμᾶς*
23 *ἀλλὰ*
25 *φησίν· θαυμάζω.*

Itaque A et M gemelli sunt per se singuli derivati ex codice m, qui nisi quod 44, 4 titulum omisit et 44, 22 *μὴ δυνηθέντας* exhibuit, semper meliorem scripturam habet codice x archetypo codicum B et a[1]). Editio princeps autem ex omnium pessumo facta est codice.


m
/ \
A M

Denique m et x ex uno archetypo y esse scriptos communes lacunae p, 48, 13. 48, 25, communes corruptelae *εἰ δὲ μήγε* 48, 27, *νίκην* 47, 2 *μηθέν* 55, 2 (quas etiam M exhibet) docent[2]). Itaque codicum stemma est hoc:

---

[1]) Mirum est quod nemo adhuc codicem M contulit, ex quo solo quae Hadriano quae Iamblicho vindicanda sint fragmenta, certo agnoscitur, quamquam ex hoc codice rumor ille ortus est de integris Iamblichi Babylonicis (cfr. Geelium l. l. p. 24, tit. 72).

[2]) 50, 9 *ἐφίππια* pro *ἔφιππα* ex Xenophonte restituendum esse puto (cfr. p. 59), 46, 12 *κατ' ἀνδρῶν* pro *ἀνδρῶν* fortasse recte coniecit Meibomius, 49, 8 *περικειμένην* de complexu optime dicitur, cfr. Il. 19, 4.



Corruptelae codicis y facillime intelleguntur, si eius archetypum litteris minusculis exaratum fuisse putamus. Semper scriptura codicis m ex A et M restituendi praeferenda est duobus quos supra indicavi locis exceptis scripturae cod. x.

Itaque manifestum est secundam manum cod. A sive ex codice m sive ex codice quodam huius classis nunc deperdito titulum Ἰαμβλι$^{\chi}$ κτλ exscripsisse, quo in codice titulus suo loco legebatur. Quod eo magis manifestum est, quia Meibomius fragmenta ordine mutato praebet. Primo enim loco tres Iamblichi excerpta, tum Diodori, deinde Callinici, denique Hadriani duo fragmenta exhibet.

2. De Iamblichi et Hadriani sermone.

Sermonem secundi fragmenti melius cum Iamblichi excerptis convenire quam cum Hadriani Hercher putat[1]). Neque tamen id ostendit neque facile potuit ostendere tam paucis Hadriani et Iamblichi verbis nobis traditis. Tamen iuvat fragmentorum sermonem examinare. Ac fragmentum quartum colore Xenophonteo imbutum est. Nam ut in pompae descriptione imitatus est Xenophontis Cyropaediae l. VIII, 3, 9 sqq[2]),

---

1) Hermes I p. 363.
2) Rohde l. l. p. 378 adn. 3.

ita quantopere in singulis quoque a Xenophontis sermone pendeat, liceat demonstrare.

Atque initium capiamus ab his verbis p. 50, 3 edit. Hinckii: *οἱ δ' ἐφ' ἵππων ἐλαύνουσι Νισαίων, τῶν μὲν τὸν πολεμικὸν τρόπον ἐσκευασμένων προμετωπιδίοις τε καὶ στερνιδίοις καὶ παραπλευριδίοις· καὶ παραμηρίδια τοῖς ἱππεῦσι περίκειται.* Eadem arma equorum et equitum eodem ordine enumerat Xenophon Cyrop. l. VII 1, 2 Hug: *οἱ δὲ ἵπποι* (sc. *ὡπλισμένοι*) *προμετωπιδίοις καὶ προστερνιδίοις καὶ παραμηριδίοις χαλκοῖς· τὰ δ' αὐτὰ ταῦτα παραμηρίδια ἦν καὶ τῷ ἀνδρί,* de re equestri c. XII 8 *ὁπλίζειν δεῖ καὶ τὸν ἵππον προμετωπιδίῳ καὶ προστερνιδίῳ καὶ παραμηριδίοις· ταῦτα γὰρ ἅμα καὶ τῷ ἀναβάτῃ παραμηρίδια γίγνεται.* Quibus in sententiis Xenophontis Weiske restituit *παραμηριδίοις* pro eo quod traditum est *παραπλευριδίοις,* sine dubio recte, cum his locis agatur de eis equis, qui equites ferunt, non de eis, qui currum trahunt, et Xenophon ipse nobis exposuerit Cyropaed. VI 4, 1 *ὥπλιζον δὲ καὶ ἵππους προμετωπιδίοις καὶ προστερνιδίοις, καὶ τοὺς μὲν μονίππους παραμηριδίοις, τοὺς δ' ὑπὸ τοῖς ἅρμασιν ὄντας παραπλευριδίοις.* Si vero *παραμηριδίοις* apud Xenophontem genuinum est, intellegis in textum Xenophontis iam ante Iamblichum hanc corruptelam irrepsisse.

Praeterea cum Xenophonte Iamblichus convenit his locis[1]:

p. 49, l. 12. Hinck pulchritudo currus J. C. VI 4, 11.
15. vestitus regis J. C. VI, 4, 2.
22. fulgor exercitus J. C. VI 4, 1.
23. *ψελίοις — κεκοσμημένοι* J. C. II 4, 6 *καὶ ψέλια λαβὼν καὶ στρεπτὸν περιθέμενος.*

p. 50, l. 2. *ὀλίγοι — δοθῇ* E. C. I 7, 4 *ὑμῶν δὲ τῶν Ἑλλήνων καὶ στέφανον ἑκάστῳ χρυσοῦν δώσω.*

---

[1]) J. C. = Institutio Cyri rec. A. Hug 1883
E. C. = Expeditio Cyri rec. E. C. Marchant 1904
O. M. = Hipparchicus sive De magistri equitum officio rec. P. Cerocchi 1901
R. E. = De re equestri libellus, rec. Vicentius Tommasini 1902.

l. 3. οἱ δ' ἐφ' ἵππων — περίκειται v. supra.
7. τῶν δὲ — πάντων J. C. VIII 3, 16 οἱ δ' αὖ τῷ Κύρῳ τρεφόμενοι ἵπποι παρήγοντο χρυσοχάλινοι.
8. ὥσπερ εὐδαιμόνων γυναικῶν (cfr. 50, 12 καθάπερ πλόκαμοι γυναικῶν) equi cum mulieribus comparantur O. M. VIII 2, cum hominibus R. E. IX 2, IX 4, X 14, X 16.
9. ἔφιππα O. M. VIII 4 ἐφίππια, cfr. R. E. VII 5, XII 8.
18. βαδίσματα O. M. I 16 βαδίζειν de equo.
19. φρονήματα, R. E. III 7, III 11 ψυχή tribuitur equis.
φρυάγματα. R. E. XI 12.
20. πάντα διδάσκεται. R. E. X 3.
22. χαμαιπετὴς γενόμενος ἀναβάτην λαμβάνει καὶ τρυφῶντα καὶ κάμνοντα. De eadem re Xenophon tradit. R. E. VI 16 τὸ μὲν ἐπίστασθαι ὑποβιβάζεσθαι τὸν ἵππον, ὥςτε εὐπετὲς εἶναι ἀναβῆναι, οὐ μεμφόμεθα· τόν γε μέντοι ἱππέα νομίζομεν χρῆναι μελετᾶν καὶ μὴ παρέχοντος ἵππου δύνασθαι ἀναβαίνειν.
l. 24. οὐκ εἰς γαστέρα καθίεται ἀλλ' εἰς γόνατα πίπτει J. C. I 4, 8 ὁ ἵππος πίπτει εἰς γόνατα.
25. τὸν ἱππέα δέχεσθαι. R. E. III 3.
26. παρέχει ὑγρὰν τὴν ῥάχιν, R. E. XI 2 ὃς ἂν τὴν ὀσφῦν ὑγρὰν .. ἔχῃ. ὀσφῦν et ῥάχιν idem esse membrum corporis apparet ex Poll. I 90, cfr. Xenophontem R. E. VII, 2.
28. σχηματίζειν R. E. X 16, XI 6, XI 12 idem esse σχηματίζειν et ῥυθμίζειν docet scholiasta ad Soph. Antig. vs. 318.
p. 51, l. 1. ὑψαυχενεῖν. R. E. X 12 sq., X 4.
γαυριᾶν. R. E. V 16.
σοβαρώτερος. R. E. X 17.

Quae cum ita sint dubitari non potest, quin Iamblichus hac in narratione Xenophontis sermonem imitari instituerit.

Itaque equidem excerptum tertium ab Iamblicho abiudicare mallem, cuius sermo non ita pendet a Xenophonte, nisi Iamblichum in narratione aliter locutum esse atque in orationibus contra dici possit[1]). Itaque in universum Rohdeio assentior sermonem Iamblichi cum Aeliano Xenophontis imitatore[2]) comparanti[3]).

Longe autem abhorret a sermone Xenophonteo fragmentum secundum, quod de militibus agit ab Amphictyonibus stipendia exigentibus. Immo ad Gorgianam elocutionem spectat[4]), quamquam Gorgias ipse de proelio navali terra commisso fortasse locutus non est[5]). Figurae autem inveniuntur hae:

1) *οὐκ ἐπαναλώσαμεν τῷ πολέμῳ χρόνον*
ἀλλὰ προςέθεμεν τῇ νίκῃ τάχος.

Parisa (13 et 11 syll.), antitheta. Unaquaeque vox enuntiati posterioris respondet unicuique prioris.

2) *ὑμεῖς δὲ ἀποστερῆσαι τὸν μισθὸν διεγνώκατε*
τὸ πλεονέκτημα τῆς εὐτυχίας ἔγκλημα ποιούμενοι.

Parisa, paronomasia.

3) *καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο συνίετε*
ὅτι πολλοὶ συμμαχήσαντες
οὐ μέντοι κρατήσαντες
τὰ συνωμολογημένα χρήματα
παρὰ τῶν συμμαχίας τυχόντων κομίζονται,
διότι τῶν συμμαχούντων ἕκαστος
συμβαλλόμενος τὴν γνώμην
οὐκ ἐπαγγέλλεται τὴν τύχην.

Parisa, antitheta, homoioteleuta, paronomasia.

---

1) Wilamowitz, Hermes XXXV. p. 25 sqq.

2) W. Schmid, Der Atticismus III 1893 p. 2.

3) Rohde, Der griechische Roman p. 381.

4) Scheel, De Gorgianae disciplinae vestigiis 1890 p. 35.

5) Neque enim scimus, utrum Thucydidis (IV 14) facetiae, quae in nostram sententiam optime quadrant, an Isocratis (IV 89) a Gorgia sint inventae. Apud Isocratem autem aliter res se habet, cum hic de ponte in Hellesponto facto et Atho monte perfosso agatur, qua de re declamaverunt Varus Pergaeus, V. S. II 6, et Nicolaus prog. 8 apud Walzium I p. 338.

4) ὦ τὸ παράδοξον τοῦτο τόλμημα ἡμῶν
exclamatio, qua suas ipse metaphoras indicat.

5) στρατόπεδον ὅλον ποταμῷ βάλλεται
καὶ κλύδωνι χερσαίῳ παρασύρεται
καὶ χειροποιήτῳ χειμῶνι βαπτίζεται
Tricolon ex isocolis (12, 12, 13 syll.), homoioteleuta, metaphorae audaciores.

6) ὦ μὴ πεζομαχήσαντες ἡμεῖς μόνον
ἀλλὰ καὶ χωρὶς νεῶν ναυμαχήσαντες
Isocola (12 syll.), antitheta, metaphorae.

7) αὔτανδρον οἴχεται τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον
καὶ πάνδημος ἐν ἠπείρῳ μέσῃ τοὺς ἐχθροὺς κατείληφε
ναυαγία.
Parisa.

8) κῦμα δεδιδαγμένον ἠγείρετο
καὶ ῥοῦς κεκελευσμένος ἐγίνετο
καὶ ποταμὸς ὑπὸ συνθήματος ῥεῖν προσετάττετο
Tricolon ex parisis (11, 11, 16 syll.), homoioteleuta.

9. ὦ μὴ μόνον ἀνδρῶν
ἀλλὰ καὶ ποταμῶν
ἐστρατηγηκότες
Antitheta in exclamatione.

Huius fragmenti auctor Gorgianis figuris immodice utitur. Quod ad Iamblichi sermonem non quadrat. Sed ex Hadriani primo quod nobis traditum est fragmento earundem figurarum exempla proferam haec. Metaphoras audaciores habemus in μοναρχίαν φαρμακείας et in definitione venefici:

ὁ φαρμακεύς ἐστι λῃστὴς ὡμολογημένος
προτείνων τέχνην ἀδικημάτων
ἄσκησις ἐπιβουλῆς
παρανομίας ἐπάγγελμα
ἰσχὺς ἀσεβημάτων [1]).

---

[1]) In eundem modum Origines Antipatrum μοχθηρὸν sive πονηρὸν λόγον, Herodiadem πονηρὰν δόξαν appellat. Migne Patr. Graec. XIII. p. 893 sq. cum notis Huetii.

Gorgianam sapiunt elocutionem imprimis haec enuntiata:

1) εἰ μὲν γὰρ ἐμίσεις τὴν τέχνην,
οὐκ ἂν ἐμάνθανες·
εἰ δὲ ἔχεις τὴν ἐπιστήμην,
ἐφθόνεις, οὐκ ἐμίσεις.

2) καὶ γὰρ ὅσα μὲν τῶν ἀδικημάτων τόλμης ἔχεται μόνης
ἐκ τοῦ πραχθῆναι διελέγχεται
ὅσα δ' ἐστὶ τέχνης καθάπερ φαρμακεία,
ταῦτα καὶ πρὸ τῆς πράξεως ἀπὸ τῆς γνώμης
διαβάλλεται.

3) κολάζει γάρ τις ὃ φεύγει,
ζηλοτυπεῖ δὲ ὃ μετ' ἄλλων ἔχει.

Quod de elocutione fragmentorum 1 et 2 didicimus, optime quadrat ad id, quod Philostratus de Hadriani sermone nobis tradit V. S. X, 10, 10 τὴν δὲ παρασκευὴν τῆς λέξεως ἀπὸ τῶν ἀρχαίων σοφιστῶν περιεβάλλετο. Qui fuerint hi veteres sophistae, ex vita Proculi Naucratitae, qui Hadriani discipulus erat (V. S. II. 21, 1), discimus: ἱππιάζοντί τ' ἐῴκει καὶ γοργιάζοντι (V. S. II 21, 3). Sophistas antiquos illis temporibus alii quoque imitabantur, ut Scopelianus [1]) et Philostratus [2]) et Hermogenes [3]). Qua de re Rohde recte docuisse mihi videtur [4]).

Neque tamen Nordenio assentiri possum qui illud γοργιάζειν et ἱππιάζειν elocutionis quam dicunt asianae proprium esse putat [5]) Immo Hadrianus inter atticistas eodem iure numerandus est quo Hermogenes et Philostratus, qui quamquam Gorgiae sermonem laudat, tamen se a rhetoribus qui dicuntur asianis secludit pluribus locis, semper eos laudat, qui Attico sermone utuntur, ipse a Philostrato minore inter atticistas numeratur [6]). Sed cum haec res summi momenti sit ad gravissi-

---

1) Philostratus V. S. I 21, 9.

2) Philostratus epist. 73.

3) III p. 388 Walz.

4) Rohde, Der griechische Roman p. 325.

5) Norden, Die antike Kunstprosa I p. 380 sqq., cfr. Rohdeium, Rhein. Mus. 41 p. 189.

6) Imaginum praef. 1.

mam quaestionem aliqua ex parte componendam, de qua adhuc grammatici certant, qui asiani qui atticistae fuerint, altera paragrapho non opinionibus sed certis argumentis nisi uberius exponamus et fusius inter atticistas numerandum esse Hadrianum.

§ 2. Hadrianum atticistam fuisse demonstratur.

1. De methodo.

Vides igitur me ad hanc controversiam componendam inusitatas vias indagare, tritas relinquere. Ceteri enim, cum quae de asiana et atticistarum elocutione a veteribus cuiuslibet aetatis, disciplinae, rationis, qui diversa saepe consilia sunt secuti, nobis tradita sunt, in unum contulissent, ad hanc normam scriptores in duas illas partes, atticistarum dico et asianorum, distribuere conati sunt. Quare evenit, ut tam varias vel contrarias sententias proferrent, ut qui viginti vel triginta eorum libros inspexerit, quasi in labyrinthum se aberrasse putet. Neque enim testes veteres eisdem verbis semper eandem vim subiciunt[1]), tum adversarii adversariis eadem vitia exprobrant, de quibus ipsi obiurgantur[2]), denique non de una tantum asianorum et una atticistarum secta agitur, sed multo plures sectae imprimus atticistarum de optima elocutione inter se pugnant[3]), ut cogitari possit idem opprobrium quod in asianum aliquem factum legimus, alio loco in atticistam sive ab asiano aliquo sive ab atticista sed qui aliam rationem atticissandi professus sit exhiberi.

Ad id quod proposui demonstrandum pauca exempla sufficiant. „*κακοζηλία*, inquiunt, asianismi certum indicium est“[4]). Seneca autem Ciceronis laudator etiam atticistarum amaritudinem cacozeliae genus esse dicit[5]). „At qui minutis colis utitur, asianus est“[6]). Immo, Hermogenes, de cuius atticismo

[1]) L. Radermacher Rhein. Mus. LIV 1899 p. 355 sq.
[2]) Idem l. l. p. 355, cfr. Wilamowitzium Hermes XXXV p. 28 sq.
[3]) W. Schmid Berl. Philol. Woch. 1899 p. 231.
[4]) Norden, Die antike Kunstprosa I p. 298 sq.
[5]) controv. IX 2, 28 M.
[6]) Norden, l. l. I p. 295 sqq.

ne Norden quidem dubitat, haec docet[1]: „μετὰ δὲ τὸν περὶ σχημάτων λόγον τῆς καθαρότητος ὁ περὶ τῶν κώλων εἴη ἄν· δῆλον δὲ ἀπὸ τῶν προειρημένων ὁποῖα εἶναι καὶ ταῦτα δεῖ, ὅτι μικρὰ καὶ κομματικὰ καὶ καθ' ἑαυτὰ ἀπαρτίζοντα τὰς ἐννοίας[2]). τὰ γὰρ μακρὰ τῶν κώλων καὶ αἱ περίοδοι οὐ καθαροῦ λόγου. „At atticistae naturalem, asiani artificiosum profitentur sermonem"[3]). Sed etiam ei qui nullius attici oratoris exemplum sequuntur, naturali sermone se uti putant. Nam certari posse Quintilianus concedit, quid naturale sit necne[4]). Re vera asiani saeculi ingenio, id est naturae obtemperant, atticistae autem imitationi veterum id est arti[5]). „Quid enim est maius quam cum tanta sit inter oratores bonos dissimilitudo, iudicare quae sit optima species et quasi figura dicendi?"[6]).

Ad Demosthenis exemplum sermonem suum conformavit Aristides[7]), omnium atticistarum longe diligentissimus et subtilissimus, tamen Demosthenes de eisdem vitiis a Demetrio Phalereo et Eratosthene obiurgatur, quae asianismi certa vestigia putantur[8]). Atque cetera omnia, quibus asianos certe agnosci praedicant, Demostheni tribuuntur: sermo tragicus[9]) et metrorum plenus[10]), qui cum cantu comparatur sicut Platonis quoque sermo[11]), deinde omnes figurae Gorgianae in ipso Demosthene laudantur[12]), quin etiam eius ars scaenica summis laudibus effertur[13]).

---

[1]) Rhet. Graec. ed. Walz III 208.

[2]) quibus in rebus laudatur Isocrates ibid. p. 205.

[3]) Norden l. l. I p. 258.

[4]) instit. or. IX 4, 3 sqq., XII 10, 40 sqq.

[5]) Norden l. l. I p. 266. Krumbacher, Das Problem der neugriechischen Schriftsprache 1902 passim.

[6]) Cicero or. 2, cfr. § 24, 26, 28, 29, 32, 36.

[7]) Schmid Rhein. Mus. IL 1894 p. 154.

[8]) Wilamowitz l. l. p. 29.

[9]) ab Hermogene Walz III 439.

[10]) a Maximo Planude (? cfr. H. Rabe Rhein. Mus. LXII 1907 p. 250) Walz V 471.

[11]) a Cic. or. 57, Phil. V. S. I 7, 1, Demetr. Rh. Sp. III p. 302, 15.

[12]) a Phil. V. S. I 17, 1. I 17, 4.

[13]) a Valerio Maximo p. 642 Kempf (ed. Reimerianae).

Num dubium esse potest, quin Demosthenes asianus fuerit? Atque eodem iure Cicero asianismum coluisse dicitur[1]) quin etiam in summo oratore fingendo talem informavit, qualis suo iure asianus numeretur. Cum sophistis vetustioribus oratione utitur non ut vera defendat, sed „ad augendas res et contra abiciendas“, „quod et inter media argumenta faciendum est, quotienscumque dabitur vel amplificandi vel minuendi locus, et paene infinite in perorando“ [2]). Tum illa κόμματα et κῶλα commendat quibus asianus agnoscitur: „nam cum sis eis locis usus (sc. hac forma, i. e. numerosa oratione), quibus ostendi licere, transferenda tota dictio est ad illa quae nescio cur, cum Graeci κόμματα et κῶλα nominent, nos non recte incisa et membra dicamus“ (§ 211), tum commendat omnia illa Gorgiana „quae sunt orationis lumina et quodammodo insignia“ (§ 135), quocum conferendae sunt § 37—42. Nam qui Ciceronem furorem et artem scaenicam plane reicere dicunt[3]), eius verba e contextu evellunt. Vitanda haec sunt secundum Ciceronem (§ 86. 99) in delectando, ubi genus modicum, et in probando, ubi genus subtile est adhibendum (§ 69), sed in flectendo, id est in tota peroratione (§ 218 sq.), genus vehemens locum habet. Itaque qui „non praeparatis auribus inflammare rem coepit (i. e. genus vehemens adhibet) furere apud sanos et quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur“ (99) „id autem valet, cum is qui audit, ab oratore iam obsessus est ac tenetur . . .“ (210). Itaque in perorationibus genus vehemens, numerosa oratio, scaenica ars, quibus in tota oratione uti insani esset, a Cicerone laudantur (§ 55. 69. 130. 138. 139. 160) et quod summum asianorum scelus habetur, id ipsum Cicero gloriatur § 168:

---

[1]) Radermacher l. l. p. 370 adn.

[2]) Neque Cicero ipse semper eam causam defendit, quam meliorem esse intellexerat, neque repudiavit pravissimis plebis contentionibus blandiri, dummodo quod sibi proposuit, assequeretur. Cfr. Pöhlmannum Geschichte des antiken Kommunismus und Socialismus II 1901 p. 499 sqq., impr. p. 522 sq. A Pöhlmanno dissentit nullo argumento apposito Norden l. l. I p. 217.

[3]) Radermacher l. l. p. 363.

contiones saepe exclamare vidi, cum apte verba cecidissent (cfr. § 214).

Atque Hermogenem adulescentem asianum fuisse, virum, cum atticissandi rationem defenderet, artem rhetoricam contra asianismi furorem et insaniam composuisse dicunt[1]). Me hercle, hoc exemplo facillime intellegitur, quam leves illae, quas castigo, opiniones sint. Neque enim vir factus, sed adulescens priusquam memoria eum defecit, artem rhetoricam Hermogenes scripsit[2]), qua aetate eum asianum fuisse ex Philostrati verbis illi colligendum esse putant.

Itaque hanc rationem disputandi omnino missam faciamus, missam faciamus et eam rationem, nostris ipsorum opinionibus destinandi, quid asianismum sapiat necne. Quibus qui utitur, quales in errores praecipitari possit, ex eis quae exponam apparebit.

Semper in quaestionibus eiusmodi a singulis progrediendum est ad summam quaestionis. Ex eo, quod Hadrianus *γοργιάζει* et *ἱππιάζει*, concludere eum fuisse asianum falsum est, primum quaerendum est, utrum Hadrianus atticista fuerit an asianus. Tum demum intellegi poterit, utrum *γοργιάζειν* et *ἱππιάζειν* asianismi proprium sit necne.

2. De patria Hadriani.

Ac primum quidem quaerendum est, utrum ex patria aliquid de eius sermone concludi possit necne. Hadrianum Tyrus genuit (V. S. II 10, 1). Sed qui in Asia natus est, eumne sermonem asianum exhibere necesse est?[3]) Minime vero. Nam illis temporibus longe plurimi atticistarum ex Asia sunt orti[4]), velut Dionysius Halicarnassensis, atticismi fortasse auctor[5]). Quin etiam atticistae severissimi Aristides Adrianopoli in oppido Mysiae (V. S. II 10, 1), Phrynichus[6]) in Arabia

---

1) Norden l. l. I p. 381 sq.
2) Sopater, Rhet. Gr. ed Walz V p. 8, alii. cfr. H. Rabeium, Aus Rhetorenhandschriften, Rhein. Mus. LXII 1907 p. 258 sqq.
3) Sic concludere videtur Norden l. l. I p. 225.
4) Wilamowitz, Die griechische Literatur des Altertums 1905[1] p. 148.
5) Krumbacher l. l. p. 20.
6) Photius cod. 158 ed Bekker p. 100.

nati sunt. Cum imprimis Romae[1]) antiquorum sermonem imitari coepissent, cum Graecis tum Romanis comprobantibus[2]), eos qui post tertium fere a. Chr. n. saeculum scripserant auctores reiecerunt[3]) eorumque delectum verborum et compositionem, quamquam saeculi ingenio et sermoni aptae erant[4]), ut asianas despiciebant, nimirum, quod plurimi oratorum illorum recentium gentis Asianae erant. Nam non Graecia, sed Asia illa aetate Graecos genuit clarissimos[5]). Et quamquam Alexandria sedes literarum erat, tamen eloquentia in Aegypto florere non potuit, quoniam oppida illius regni non sua iura et suas leges habebant, sed regias[6]). Quamquam ex inscriptionibus apparet Ptolomaïde non modo senatum fuisse sed etiam comitia populi[7]). De Alexandria et Naucrati urbibus Graecis nescimus; ac si habuerunt senatus[8]), tamen nihil valebant. Itaque in Aegypto eloquentia vigere non potuit, potuit Rhodi[9]) et in Asia[10]).

Romanorum demum aetate cum imperatores oppida quaedam sui iuris esse permisissent[11]), nonnullos sophistas ex Aegypto

---

[1]) Schmid, Der Atticismus I 1887 p. 26, Ivo Bruns, Die atticistischen Bestrebungen in der griechischen Literatur 1896 p. 7 sq., Jos. Brenous, De Phrynicho atticista 1895 p. 67, R. Reitzenstein, Geschichte der griech. Etymologika 1897 p. 377 sqq., L. Radermacher, Rhein. Mus. 1899 p. 360, Wilamowitz, Die griechische Literatur p. 153.

[2]) Schmid, Der Atticism. I p. 26.

[3]) Wilamowitz, Die griech. Lit. p. 2.

[4]) cfr. p. 61 adn. 5.

[5]) Kaibel, Hermes XX 1885 p. 513, Wilamowitz, Die griech. Lit. p. 153. Ad. Harnack, Die Mission und Ausbreitung des Christentums in den ersten drei Jahrhunderten 1902[1] p. 461 sqq., 543 sq.

[6]) Mommsen, Römische Geschichte V 1885 p. 557 sq.

[7]) Dittenberger, Orient. Graec. I tit. 47, 48.

[8]) Beloch, Griechische Geschichte III 1 1904 p. 406.

[9]) Marx, Incerti auctoris ad Herennium 1894 proleg. p. 157, cfr. Belochium l. l. III 1 p. 623.

[10]) Beloch III 1 p. 279 sqq.

[11]) Mommsen l. l. V p. 558. Cfr. E. Schwartzium, Zur Geschichte des Athanasius, Nachrichten von der Kgl. Ges. d. Wissenschaften zu Göttingen 1905 p. 182 sqq.

ortos esse animadvertimus, velut Pollucem, Proculum, Apollonium Naucratitas[1]), quin etiam de certamine sapientiae inter sophistas in Aegypto instituto Philostratus tradit[2]).

Itaque sermo asianus id genus dicendi significat, quo Alexandrina aetate ante veterum imitationem usi sunt Graeci[3]). Eodem modo nos quoque hanc aetatem Alexandrinam appellamus ex artium et literarum sede, quam vocem non solum ad Alexandriam sed ad totum orbem terrarum neque ad omnia Alexandriae tempora sed ad certos temporum fines referimus. Sed cum veterum sermonem imitari coepissent, sophistae etiam in Asia nati eodem sermone utebantur, velut Dionysius Halicarnassensis, Isaeus Syrius[4]), quin etiam severissimi quos modo laudavi atticistae. Itaque Theon, qui saeculo II p. Chr. n. floruit[5]), recte *τῶν Ἀσιανῶν καλουμένων ῥητόρων* dicit. Neque enim solum ei hac aetate in Asia nati sunt, qui recentiorem colebant sermonem, sed etiam qui Atticum.

Quae cum ita sint apparet, ex patria Hadriani ne minimum quidem concludi posse de eius elocutione.

3. De Hadriani magistro et discipulis.

Discipulus erat Hadrianus Herodis Attici, de cuius ratione atticissandi nemo dubitare potest[6]). De singulis non meum est hoc loco quaerere, velim inspicias Schmidii volumina satis nota[7]). Hadrianum autem magistri genus dicendi non despexisse, immo vehementer amplexum esse Philostratus tradit (V. S. II 10, 1—3).

Tum Herodes quem primum veterum imitationi severiori studuisse constat[8]) Hadriano discipulos suos tradidit, cum

---

1) Philostratus V. S. II 12; 19; 21.
2) Ibid. II 26, 2, cfr. II 9, 2.
3) Bruns l. l. p. 7 sq. Wilamowitz, Die griech. Lit. p. 147.
4) Plin. epist. II 3, cfr. p. 77.
5) cfr. p. 72.
6) Fülles, De Ti. Cl. Attici Herodis vita 1864, Franz in C. J. G. III p. 924, Keil apud Pauly-W I p. 2100.
7) imprimis vol. I p. 192 sqq.
8) Schmid, Der Atticism. I p. 194.

Romam proficisceretur[1]). Num atticistam asiano ludum transtulisse putas? Deinde Hadrianus Pollucem habet discipulum, qui cui sermoni εὐγλωττίας laudem tribuerit[2]), quo consilio onomasticon scripserit, satis constat. Quodsi Hadrianus rhetor asianus fuisset, qua re intellegi et excusari posset, quod asianus et atticistae discipulus et magister atticistae fuisset? Rem sane mirificam!

Hadrianus autem non solum Pollucem instruxit, sed inter eos sophistas numeratur, qui summa auctoritate florebant inter adulescentes, qui illis temporibus studiorum causa Athenis commorati sunt (V. S. II 10, 4). Neque tamen omnibus contigit, ut ad eandem facultatem atticissandi pervenirent, quamquam assequi voluerunt. Voluerunt imitari veterum sermonem voluerunt Attice loqui. Propositumne assecuti sint necne, alia quaestio est; despexisse eos sermonem recentiorem constat. Nam semper apud atticistas discerni necesse est inter rationem atticissandi et usum[3]), praesertim cum quod sibi proposuerant tam difficile esset, ut assequi nemo posset[4]).

Neque enim, cum artem compositionis plane neglegi nefas esset (V. S. II 1, 28), poeticos modulos sermoni pedestri immisceri patiebantur[5]), qui asianis tribuuntur[6]); tamen sophistas saeculi ingenium saepe secutos esse manifestum est[7]), praesertim cum quo eruditiores esse viderentur, e tempore dicere studerent (V. S. II 9, 7). Deinde contigit, ut ei moduli, quos sophistae illi castos esse censebant, nobis inepti et asiani esse videantur. Nam Apollonii Atheniensis verba, quae

---

[1]) Suidas p. 484 a Bekker.

[2]) Non parvi momenti est, quod etiam Hadriani magistri ‚εὐγλωττία‘ laudatur V. S. II 10, 5.

[3]) Qua in re errat Bernhardy Grundr. d. griech. Literaturgesch. I p. 603; 6̣.8.

[4]) Schmid, Berl. Phil. Woch. 1899 p. 232 fin. Wilamowitz, Die griech. Lit. p. 146.

[5]) V. S. II 20, 3 II 28, Wilamowitz Hermes XXXV p. 32 sqq.

[6]) Theon prog. p. 71. 10 Sp.

[7]) Thumb, Die griech. Sprache im Zeitalt. d. Hellenism. 1901 p. 184.

pravissimis asianismi metris referta esse Norden putat[1]), Philostratus non ea re adscribit, ut Apollonium castiget, sed ut Apollonium castis quoque modulis usum esse demonstret[2]). Quin etiam cum atticistarum rationes optime florerent, Phrynicho et Polluci ipsis, qui de rationibus suis inter se pugnabant, quorum uterque optima via se esse ingressum putabat, contigit, ut in declamationibus longe ab ipsorum praeceptis aberrarent, ut indocti esse viderentur[3]).

Itaque factum est, ut plurimi Hadriani discipuli magistrum assequi non possent. Ac de Polluce infra agamus, hoc loco quaeramus, quibus in rebus ceteri discipuli a magistri praeceptis aberraverint. Quos errores cum ab Hadriano vitatos esse, si non omnibus, tamen multis locis ex sententiarum conexu colligi necesse sit, Hadriani sermonem melius intellegemus.

Ac de Proculo Naucratita iam supra sententiam nostram protulimus, sed Wilamowitz cum dicit *ἱππιάζειν* et *γοργιάζειν* non ad verbum intellegendum esse, sed „über einen allgemein moralischen Stoff sprach er so prachtvoll wie Hippias und Gorgias, bei Plato nämlich" [4]) assentientem me non habet. Nam usum esse Gorgianis figuris Hadrianum intelleximus. Itaque concludendum est Proculum quoque Hadriani discipulum imitatum esse hanc vetustissimam elocutionem neque habemus, cur Philostrato fidem non tribuamus, praesertim cum Gorgiani sermonis exempla illis temporibus extarent, ut Wilamowitz ipse concedit. De Hippia vero nescimus[5]). Fortasse Philostratus Hippiae elocutionem similem fuisse putabat Gorgianae, ut uno tenore eos commemoret quasi eandem elocutionem professos.

---

[1]) l. l. I p. 414.

[2]) Cfr. quae de Cic. or. § 32 exposui.

[3]) De Phynicho vide Photii cod. 158, de Polluce V. S. II 12, 1.

[4]) Wilamowitz, Hermes XXXV p. 9 adn. 1.

[5]) Neque diiudicare audeo utrum fragmentum nuperrime repertum (The Hibeh Papyri I 1906 p. 46 sq.) Hippiae vindicandum sit necne. Sed utut res se habet, cum hoc fragmentum ex III a. Chr. saeculo sit, de II p. Chr. saeculo concludi non potest.

Deinde cum ex Heraclidis et Damiani vitis de Hadriano hoc quidem loco concludere nil possimus, transeamus ad Apollonium Naucratitam, de quo Philostratus haec profert, quae ad nostram quaestionem pertinent (V. S. II 19): 1) *περιβολὴ γὰρ ἄπεστιν αὐτοῦ καὶ πνεῦμα.* 2) *Ἀδριανοῦ μὲν καὶ Χρήστου τῶν σοφιστῶν ἀκροατὴς ἐγένετο, ἀμφοῖν δ' ἀφέστηκεν, ὅσον οἱ μὴ ἀκούσαντες. ἐφεώρα δὲ τὰς ὑποθέσεις ὑπεξιὼν μὲν τοῦ κοινοῦ, καιρὸν δὲ πλείω τοῦ ξυμμέτρου.* Improbat Philostratus Apollonium, quod *περιβολὴν* et *πνεῦμα* neglexerit, quae bono oratori adhibenda sint, tum quod facultatem ex tempore dicendi non habuerit. Hadrianus igitur ob hanc facultatem laudatur, quae minime asianorum propria est, et ob *περιβολὴν* et *πνεῦμα*, quae ipsi Demostheni tribuuntur [1]).

Sed iam venimus ad graviora quae colliguntur ex vita Cyrini (V. S. II 29): 1) *κομματίας ὁ σοφιστὴς οὗτος καὶ περὶ μὲν τὰ θετικὰ τῶν χωρίων οὐ πολύς, ἐρρωμένος μὴν καὶ σφοδρὸς καὶ κατασεῖσαι δεινὸς ἀκροατοῦ ὦτα· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἀπεσχεδίαζεν.* 2) *Ἀδριανοῦ δ' ἀκροατὴς γενόμενος οὐ πᾶσιν ὡμολόγει τοῖς ἐκεί- ν υ, ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ διέγραφεν οὐκ ὀρθῶς εἰρημένα.*

Primum Philostratus Cyrini cola minuta memoratu digna censet et acerbitatem (*σφοδρότης*), quae cum parvis colis coniuncta esse solet [2]), tum eum propter facultatem ex tempore dicendi laudat. Quibus in rebus cum Hadriano sine dubio consentit; et quamquam omnibus in rebus eius sermonem assecutus non est, tamen verborum delectum fere eundem fecit ipse quoque *οὐκ ὀρθῶς εἰρημένα* cavens [3]). Haec qualia Philostratus intellexerit, apparet ex nonnullis locis, velut II 1, 14, II 31, 2, I 25, 2, qui demonstrant Philostratum *τὴν ἄκραν Ἀτθίδα* (sive *τὴν καθαρὰν*) [4]) praeferre *τῇ διεφθαρμένῃ* [5]);

---

[1]) Volkmann, Die Rhetorik der Griechen und Römer 1885² p. 560.

[2]) Volkmann l. l. p. 559.

[3]) De *διαγράφειν* voce agit Lobeck Phrynichus p. 390.

[4]) Si quod de gente dicitur ad linguam transtulimus.

[5]) Qui sermo etiam barbarus dicitur a Phrynicho n. 319 p. 426 R 339 L. Neque igitur Lucianus, Bis accus. 27 (*βάρβαρον ἔτι τὴν φωνήν*) dicit se Graecam linguam adulescentem demum didicisse, quam senten-

itaque *ὀρθῶς εἰρημένα* a Philostrato voces Atticae habentur. Quodsi Cyrinus in vocibus Atticis adhibendis magistrum secutus est, Hadrianus quoque vocabulis vetustioribus adhibendis operam dedit.

Huc accedit, quod argumentum Schmidii[1]) ex Ioh. Siceliota sumptum, quo Hadrianum vocabulis non ita probandis usum esse docet, ex oculorum errore est ortum. Neque enim hoc loco de Hadriano agitur, sed de Aspasio quod velim ipse legas[2]): *ὥςπερ ὁ Πολέμων καὶ ὁ Ἀσπάσιος καὶ ὁ τῆς Γάζης Προκόπιος.* Quocum iudicio optime congruit id, quod Philostratus de Aspasio tradit (V. S. II 33, 1). Itaque hoc loco de Aspasio, agitur, non de Hadriano.

Neque vero solum in electione, sed etiam in compositione verborum Hadrianum esse atticistam ex vita Apollonii Atheniensis discimus (V. S. II 20, 3). *βαλβῖδα μὲν δὴ τοῦ λόγου ὁ Ἀπολλώνιος ἐκ τῆς Ἀδριανοῦ ἰδέας βέβληται ἅτε δὴ καὶ ἀκροατὴς γενόμενος, παραλλάττει δ᾽ ὅμως ἐς ῥυθμοὺς ἐμμέτρους τε καὶ ἀναπαίοντας, οὓς εἰ φυλάξαιτο, σεμνοπρεπὴς τὴν ἀπαγγελίαν δοκεῖ καὶ βεβηκώς.*

Quamquam igitur Apollonius in universum Hadriani praecepta sequitur, tamen quod modulos poeticos inserit sermoni pedestri, ab eo aberravit. Itaque colligi necesse est, Hadrianum his modulis falsis, qui castigantur, caruisse, quos asianorum qui dicuntur rhetorum proprios fuisse apparet ex Theonis progymn. p. 71, 10 Sp. „*διαφεύξονται τὴν ἔμμετρον καὶ ἔνρυθμον λέξιν ὡς τὰ πολλὰ τῶν Ἡγησίου τοῦ ῥήτορος καὶ τῶν Ἀσιανῶν καλουμένων ῥητόρων*“. Aelius Theon autem II. s. paulo ante Hadrianum vixit, quod ex nomine gentilicio apparet[3]), neque ex eo quod Menandrum imitandum proposuit iam s. I eum vixisse est concludendum[4]), cum etiam II s. Menandrum

---

tiam profert Christ. l. l. p. 768, sed arte rhetorica effectum esse, ut barbarismos sermonis vulgaris evitaret et sermonem vere Graecum, i. e. Atticum, coleret, quem illa aetate sola ars rhetorica docere potuit.

[1]) Schmid, Der Atticismus I p. 47 fin.

[2]) Bekker, Anecdota Graeca III 1821 p. 1463.

[3]) Christ l. l. p. 782.

[4]) Wilamowitz, Hermes XXXV p. 7.

inter exempla imitationis ab atticistis quibusdam numeratum esse sciamus[1]). Quae cum ita sint, Hadrianus in compositione verborum eos modulos vitabat, quos ut asianos atticistae repudiabant (V. S. II 20, 3 ἀκολάστους ῥυθμούς), colebat vero eos quos Philostratus σωφρονεστέρους appellat, quibus veteres quoque scriptores Attici orationes ornabant[2]). Vitasse Hadrianum modulos ab atticistis repudiatos vel ex eo comperimus quod Philostratus de Antipatri elocutione tradit (V. S. II 24) Ἀδριανῷ τε καὶ Πολυδεύκει φοιτήσας ἀπὸ τοῦ Πολυδεύκους μᾶλλον ἥρμοσται, τὰς ὁρμὰς τῶν νοημάτων ἐκλύων τοῖς τῆς ἑρμηνείας ῥυθμοῖς. Pollucem enim cum ipse declamationes haberet, in compositione verborum magistri exemplum assecutum non esse iam supra indicavi. Quamquam respiciendum est, Philostratum sine dubio Pollucis vitia in falsum augere, cuius rei infra exponam rationem.

Ex eis igitur quae modo contuli certis argumentis plane apparet Hadrianum et in delectu et in compositione verborum vitasse asianorum qui dicuntur sermonem, rhetorem fuisse non asianum, sed atticistam.

4. De cathedra sophistica.

Hadrianus professoris munere Athenis fungebatur et ab ipso Marco Aurelio cathedram sophisticam accepit. Quaerendum igitur est, utri parti cathedra illa destinata sit, utri faverint imperatores, atticistis an asianis.

Condidit eam Hadrianus, quo putas consilio? Num dubium esse potest, quin Hadrianus veterum auctorum sectator atticistis faverit? Marcus Aurelius autem, qui cum cathedra salarium X milium coniunxit, ipse quoque studiis veterum auctorum deditus erat[3]). De praeceptoribus eius nobis tradit Iulius Capitolinus[4]): „oratoribus usus est Graecis † animo Marco,

---

[1]) Cfr. p. 18 sq.

[2]) Wilamowitz, Hermes XXXV p. 32 sqq.

[3]) M. Cornelii Frontonis et M. Aureli Imperatoris epistulae rec. S. A. Naber 1867 p. 36 (II 13). 56 (III 18).

[4]) Script. hist. Aug. ed Iordan-Eyssenhardt I 1864 p. 44, 11.

Caninio Celere, et Herode Attico, Latino Frontone Cornelio". Sed ut inter Latinos Frontonem maxime reverebatur, ita inter Graecos Herodem Atticum[1]), ut ei professores cathedrarum philosophicarum eligere permitteret[2]).

Atque conatus est imperator imitari sermonem veterum: *ἀρετῆς δὲ πάσης ἔμελεν αὐτῷ, λόγων τε ἀρχαιότητος ἦν ἐραστής, ὡς μηδενὸς μήτε Ῥωμαίων μήτε Ἑλλήνων ἀπολείπεσθαι*[3]). Itaque atticistae obtinuerunt magistratus, praeerant ludis totius imperii, principum filios educabant[4]).

Quibus ex rebus apparet Marcum Aurelium atticistis favisse et cathedram sophisticam atticistis destinasse. Marcus ipse Hadriano cathedram detulit, eius declamationes inter ea habuit, quae Athenis visenda essent, muneribus et donis eum muneratus Romam ad cathedram superiorem vocavit.

Cathedram Atheniensem autem obtinuerunt post Hadrianum primum Pollux, tum Pausanias atticistae, quorum uterque onomasticon vocum Atticarum composuit[5]). Deinde cathedram acceperunt Heraclides, Hippodromus, Philiscus, quorum Hippodromum et Philiscum instruxit Chrestus discipulus Herodis Attici optime institutus[6]). De Chresti et Hippodromi ratione atticissandi infra exponam, Philiscum puro sermoni studuisse scimus (V. S. II 30, 3).

Romae praefuerunt cathedrae sophisticae in Athenaeo[7]) institutae Aelius Pausanias atticista, Hadrianus, Claudius Aelianus, quem lingua Graeca caste pureque usum esse constat (V. S. II 13).

---

[1]) Schmid, Der Atticismus I p. 212 adn. 31.

[2]) V. S. II 2, 2. Hertzberg, Die Geschichte Griechenlands unter der Herrsch. d. Römer II p. 405 sqq.

[3]) Herodianus Ab excessu Divi Marci I 2, 3 M.

[4]) Bernhardy, l. l. I³ p. 618.

[5]) Aelii Dionysii et Pausaniae atticistarum fragmenta collegit Ernestus Schwabe 1890.

[6]) V. S. II 11, 1. Schoell, Geschichte der griechischen Literatur II 1830 p. 505.

[7]) Hülsen apud Pauly-W. II p. 2023. O. Richter, Topographie der Stadt Rom 1901² p. 248.

Constat igitur atticistas obtinuisse cathedram et Athenis et Romae, atticistis favisse cum ceteros imperatores tum Marcum Aurelium, atticistarum audisse declamationes. Num putas Marcum Aurelium Hadriano fauturum, declamationes visurum, cathedrae eum praefecturum fuisse, si rhetor fuisset asianus?

5. De Hadriani apud posteriores auctoritate.

Hadrianum summa auctoritate apud adulescentes floruisse iam diximus (V. S. II 10, 4); quin etiam Athenienses eum in civitatem ascripserunt (V. S. II 10, 6), quod dubito, an asiano non contigerit.

Denique non parvi momenti est, quod Libanius omnium IV. s. atticistarum severissimus [1]), quamquam neque Alexandrinorum neque sophistarum II p. Chr. n. saeculi mentionem facit [2]), tamen non solum Aristidem laudat, sed etiam Hadrianum, cuius orationes a Palladio sibi mitti vult in epist. 546 [3]). Tanta Hadriani apud posteriores laus, tanta eius auctoritas erat [4]), ut aliorum sophistarum saecula determinarentur secundum Hadriani vitam, velut Aspasii Byblii (Suidas s. v.), Onomarchi (V. S. II 18, 1), Chresti (V. S. II 11, 1), Aeliani (Suidas s. v.) [5]).

Praeterea, cum quam severe posteriores sermonem Atticum coluerint vel colere voluerint satis constet [6]), equidem non dubito, quin declamationes Hadriani ea maxime causa servatae sint, quod a posterioribus vere Atticae, etsi non erant — nam quis assecutus est sermonem vere Atticum? — tamen habebantur [7]).

---

1) Wilamowitz, Hermes XXXV p. 10.

2) Sievers, Das Leben des Libanius 1868 p. 11.

3) Libanii sophistae epistulae ed J. Chr. Wolff 1738.

4) Rohde, Roman p. 291 n. 1, 296 n. 2, 313 n. 1.

5) Recte igitur de hoc loco egit Schmid, Der Atticismus III p. 1 n. 1.

6) Doctissime de hac re disserit K. Krumbacher, Das Problem der neugriechischen Schriftsprache 1903 passim.

7) cfr. Wilamowitzium, Hermes XXXV p. 11.

His certis quae attuli argumentis plane apparet Hadrianum fuisse non solum atticistam, sed atticistarum celeberrimum, falsam autem eorum esse sententiam non argumentis sed opinionibus fultam, qui atticistarum optimum appellant „das rechte Urbild eines Sophisten asianischer Art“ [1]).

§ 3. De sectis quibusdam atticistarum.

1. De atticistarum II p. Chr. n. s. elocutione.

Hadrianum atticistam fuisse iam intelleximus. Inde apparet, quod gravissimum est ad certamen illud grammaticorum disceptandum, γοργιάζειν et ἱππιάζειν sermonis asiani proprium non esse. Nam ut de electione verborum atticistae inter se pugnabant, ita in compositione alius alium imitabatur, velut Demosthenem Aristides [2]), Hyperidem oratores Rhodii [3]), Philostratus Aeschinem et Gorgiam [4]). Confer etiam, quae Schmid [5]) et Wilamowitz [6]) de hac re doctissime exposuerunt. Quodsi quis Gorgianam imitatur elocutionem, ut Hadrianus et Proculus, vel Critiam, ut Herodes Atticus (V. S. II 1, 35), nil aliud facit atque ei atticistarum, qui Aeschinem vel Hyperidem vel Lysiam vel Xenophontem vel alium secuti sunt in compositione verborum. Qua in re fortasse evenit, ut elocutio similitudinem quandam haberet cum asiana [7]), quamquam quomodo inter se differrent, Philostratus iam sensisse videtur.

Dionysius Halicarnassensis in compositione verborum sine dubio multo severior erat, quam atticistae II p. Chr. n. saeculi, in delectu autem multo aliam rationem secutus est, cum omnes

---

1) Rohde, Rhein. Mus. XLI 1886 p. 189 sq. Norden l. l. I p. 377. 381 nec non p. 436 sqq; nam quae de Iamblichi sermone exposuit, ad Hadriani referenda sunt, cum haec declamatio Hadriano vindicanda sit.

2) Schmid, Rhein. Mus. IL 1894 p. 184 sqq.

3) Radermacher, Rhein. Mus. LIV 1899 p. 359.

4) Schmid, Der Atticismus I p. 28.

5) Rhein. Mus. IL p. 142.

6) Hermes XXXV p. 30 adn. 4.

7) Wilamowitz, Die griechische Literatur des Altertums 1905[1] p. 152.

voces Atticas oblitteratas adhiberi vetaret[1]). Secundo autem saeculo alius alium imitatur in compositione, neque hac in re reprehenditur, immo laudatur, si atticorum aliquem, quem atticistae priores neglexerunt aut reiecerunt, testem atticissandi protulit (V. S. II 1, 35). Tum vero necesse est eum vocibus Atticis oblitteratis uti, qua in re Dionysius offenderat, atque εὐγλωττίας laus ei tribuitur, qui vocibus Atticis sermonem ornet[2]), hac aetate onomastica vocum Atticarum ad loquendi usum componuntur nec tam de compositione quam de delectu verborum atticistae inter se pugnant[3]).

Quem sermonem ut assequerentur diebus et noctibus sophistae elaborabant in veterum libris legendis et imitandis. Neque enim Isaeus rhetor asianus est[4]), sed Plinius epist. II 3 ipse dicit „sermo Graecus, immo Atticus . . . multa lectio in subitis multa scriptio elucet. ad tantam ἕξιν studio et exercitatione pervenit“[5]). Neque enim qui ex tempore dicit, sicut Polemo Herodis et Hippodromi atticistarum admirator (V. S. I 25, 17, II 27, 3), asianismi furorem colit, sed demonstrat se atticismi difficultates superasse[6]). Neque Herodes Atticus veterum imitationem nisi ingenti industria assecutus est (V. S. II 1, 35).

Itaque sophistae et Romae et Athenis thesauris bibliothecarum fruebantur et ipsi quoque libros veterrimos congesserunt, quibus uti discipulos quoque licebat (V. S. II 21, 3). Liber veteris scriptoris vel Graecus vel Latinus praemium

[1]) Schmid, Der Atticismus I p. 10. De vetustiore atticismo cfr. Pseudo-Dionysii art. rhet. X 17 sqq. Usener.

[2]) Pollux onom. praef., Philostr. V. S. II 1, 14. Gellius Noctes Atticae XVII 8, 7. XVIII 10, 4 sqq. — V. S. I 25, 21. II 1, 33. Cum I 8, 4 cfr. Winterum, De mimis Oxyrhynchiis 1906 p. 22 sqq.

[3]) Doctissime de ratione atticissandi plane mutata egerunt Radermacher l. l. p. 352, 374 et Wilamowitz, Die griechische Literatur p. 146.

[4]) Schmid, Der Atticismus I 45, 66 n. 33, qui illa ipsa verba gravissima „sermo Graecus, immo Atticus“ omittit.

[5]) cfr. Philostr. V. S. I 21, 8, I 25, 26, II 11, 3, II 11, 2.

[6]) V. S. II 25, 15, K. Lehrs, Populäre Aufsätze aus dem Altertum 1875² p. 375.

solvendae quaestionis tribuitur (Gellius N. A. XVIII 2, 3)[1]). Neque enim rhetorum discipuli declamationes tantum aut ipsi habent aut magistrorum audiunt — quod ita se habere ex nomine „auditoris" falso concludit Brandstaetter[2]), cum Seneca nobis originem huius vocis exposuerit[3]) — sed etiam in ludum libros auferunt et legunt[4]).

Quae cum ita sint, equidem omnes fere sophistas, quos Philostratus laudat, atticistas fuisse puto[5]) nec possum Wilamowitzio non assentiri dicenti[6]): „Wenn Plutarch von Antonius (2) sagt, dass er dem *ζῆλος Ἀσιανός* angehangen hätte, *ἀνθῶν ἐπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου*, so entnimmt er das seiner Quelle, bezeugt zudem ebenso wie Quintilian, dass diese Stilrichtung nicht mehr existierte."

2. De ratione quae intercedat inter Hadrianum et Aristidem.

Inter eos Herodis Attici discipulos qui magna auctoritate florebant celeberrimi sunt Hadrianus, Aristides, Chrestus, quos inimicitias inter se exercuisse exponam.

Ac primum quidem de Hadriani et Aristidis controversiis agamus. In argumento enim ad Aristidis Panathenaicum composito legimus[7]): *τοῦ δὲ Μάρκου ἐπιφοιτήσαντος ταῖς Ἀθήναις*

---

1) cfr. Suetonium de grammaticis et rhetoribus 17 p. 113 R. Gellius discipulus est Herodis quoque Attici. (N. A. I 2, 1 sq. — V. S. II 1, 30, II 5, 3; Schultess, Herodes Atticus p. 30 n. 53), de Gellii fide cfr. Hertzium, Opuscul Gellian. 1866 p. 75.

2) Leipziger Studien XV 1894 p. 2·0 n. 1.

3) controv. IX 2, 23 p. 392 M. neque enim illi (sc. Porcio Latroni) mos erat quemquam audire declamantem; declamabat ipse tantum et aiebat se non esse magistrum, sed exemplum; . . . initio contumeliae causa a deridentibus discipuli Latronis auditores vocabantur; deinde in usu verbum esse coepit et promiscue poni pro discipulo auditor.

4) V. S. II 1, 21, II 27, 7. Gellius N. A. XIII 13, 1; passim. Libanius or. 24 vol. II p. 20 R.

5) cfr. Kaibelium, Hermes XX p. 506.

6) Wilamowitz, Hermes XXXV p. 7.

7) Aristid. op. ed. Dindorf III p. 738, 23.

ὁ μὲν Ἀδριανὸς ὁ σοφιστὴς εἰπὼν παραχρῆμα πάντας ἐξέπληξε· πᾶν γὰρ ὅ ὡρίζετο αὐτοσχεδιάζων ἔλεγεν, πρὸς τοῦτο δὲ εἶπεν ὁ Ἀριστείδης τῷ Μάρκῳ παρὼν καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς Ἀθήναις ὅτι· ἡμεῖς τῶν ἐμούντων οὐκ ἐσμὲν, ἀλλὰ τῶν ἀκριβούντων καὶ τῶν ἀρεσκόντων[1]. ἀλλ' ὅμως εἰπὼν καὶ αὐτὸς πλέον ἐξέπληξε καὶ ἐτιμήθη σφόδρα. Neque enim Aristidi facultas erat ex tempore dicendi, V. S. II 9, 1: ἐπὶ δὲ τὸ σχεδιάζειν μὴ ἑπομένης αὐτῷ τῆς φύσεως ἀκριβείας ἐπεμελήθη καὶ πρὸς τοὺς παλαιοὺς ἔβλεψεν, ἱκανῶς τε τῷ γονίμῳ ἴσχυσε κουφολογίαν ἐξελὼν τοῦ λόγου. Facultatem ex tempore dicendi appetiverunt atticistae quo magis homines vere Attici haberentur[2]. Aristides autem tam severus et diligens erat in eligendis veterum scriptoribus, ut efficere omnino non posset, ut ex tempore diceret. Hanc veram causam cur orationes suas diligentissime elaboraret[3], fortasse eadem temporis impensa qua Isocrates[4], cuius causam contra Platonem defendit, Philostratus indicavit V. S. II 9, 7 καὶ τεχνικώτατος δὲ σοφιστῶν ὁ Ἀριστείδης ἐγένετο καὶ πολὺς ἐν θεωρήμασι, ὅθεν καὶ τοῦ σχεδιάζειν ἀπηνέχθη· τὸ γὰρ κατὰ θεωρίαν βούλεσθαι προάγειν πάντα ἀσχολεῖ τὴν γνώμην καὶ ἀπαλλάττει τοῦ ἑτοίμου. Noluit Aristides qui πρῶτος τῶν Ἑλλήνων esse sibi videbatur[5] in electione verborum ullo vocabulo uti, nisi apud veteres scriptum inveniretur: περὶ δὲ ἑρμηνείας τοσοῦτον ἂν εἴποιμι, μήτε ὀνόματι μήτε ῥήματι χρῆσθαι ἄλλοις πλὴν τοῖς ἐκ τῶν βιβλίων[6]. Itaque Alexandrum Cotyaeensem magistrum laudat, quod veteres scriptores imitandos diligentissime elegerit[7]. Ac Polemo ipse quoque Aristidis praeceptor Demosthenis statuam Pergami constituit[8], ut inde

---

[1]) Cfr. V. S. II 9, 4.
[2]) Cfr. p. 77.
[3]) Rohde, Der griechische Roman p. 317 adn. 4.
[4]) Wilamowitz, Die griechische Literatur p. 164.
[5]) Πρὸς τοὺς αἰτιωμένους κτλ 32 II 236 K, II 582 D.
[6]) Τεχνῶν ῥητορικῶν B II 796 D. Schmid, Der Att. I p. 204.
[7]) Ἐπὶ Ἀλεξάνδρῳ ἐπιτάφιος, II 218 sq. K, I 135 sqq. D, imprimis II 220, 17 K = I 138 D, καὶ μόνος πλήθει τε καὶ ἀκριβείᾳ μαρτύρων ἐνίκα.
[8]) Phrynichus n. 395 p. 494 R 421 L.

colligi possit Demosthenem a Polemone summum oratorem esse ductum[1]), etsi eum minime assecutus est[2]), et Aristidem praeceptorum arbitriis commotum orationes Demosthenis ad imitandum sibi proposuisse[3]). Nam inter scriptores veteres elegit optimos Platonem, Thucydidem, Demosthenem, Herodotum[4]). Qui cum tam subtili atticissandi ratione uteretur, mirum non est, quod adulescentes eius disciplinam evitarint[5]).

Hadrianus autem multos habuit discipulos, nam longe alia ratione utebatur atque Aristides. Ac de compositione verborum iam diximus, in electione verborum autem fere idem fecisse videtur ac Pollux. Qui cum in declamationibus a magistro ita discreparet, ut *ἀπαίδευτος* esse videretur[6]), in lexico componendo magistri praecepta secutum eum esse verisimile est. Nam si et hac in re ab Hadriano aberravisset, ut cum eo omnino nil commune haberet, castigandus fuisset a Philostrato eodem quo Apollonius Naucratita modo[7]) neque aut Hadrianus qui tot et tam claros discipulos habuit, Polluci scholam suam transtulisset aut Marcus Aurelius qui Hadrianum ita dilexit, ut eum cathedrae superiori praeficeret, Hadriani successorem Athenis eum Hadriani discipulum creavisset, qui ab Hadriano defecerat. Denique quamquam omnia vocabula quae in Hadriani declamationibus leguntur, apud Pollucem non inveniuntur ea re, quod Pollux non totius Graecitatis thesaurum conscripsit, sed secundum rerum genera instruxit libros, tamen ne unum quidem vocabulum Hadriani repudiatur a Polluce. Quod eo magis deliberandum est, quod rationem et usum atticissandi inter se differre scimus[8]). Equidem vel

---

[1]) cfr. Philostr. V. S. I 25, 24 *ἐπιπρέπει δ' αὐτῇ* (sc. *τῇ ἰδέᾳ*) *καὶ τὸ Δημοσθενικὸν τῆς γνώμης.*

[2]) Phrynichus l. l.

[3]) Schmid, Der Atticism. II p. 1.

[4]) Baumgart, Aelius Aristides 1874 p. 13, Schmid, Der Atticism. II p. 247, cfr. Aristidem ipsum I 505 D, II 429, 4 K.

[5]) Westermann, Biogr. Graec. p. 326.

[6]) V. S. II 12, 1.

[7]) V. S. II 19, 2 *ἀμφοῖν δ' ἀφέστηκεν ὅσοι οἱ μὴ ἀκούσαντες.*

[8]) Cfr. p. 69 sqq.

eo Pollucem a Philostrato reprehensum esse puto, quod is a partibus stabat Chresti[1]), quem pro Polluce Hadriani successorem fore multi Athenienses cupiebant (V. S. II 11, 2), quique ipse quoque Pollucis adversarius erat (V. S. II 11, 3)[2]).

Quae cum ita sint, apparet Hadrianum longe liberiorem atticissandi rationem secutum esse quam Aristidem magisque idoneam, quae ad dicendum ex tempore adhiberetur. Itaque Herodes Atticus Hadrianum habuit carum[3]), Aristidem inimicum[4]), qua ex re iterum concludendum est, adversarios fuisse Aristidem et Hadrianum. Quin etiam vestimentis inter se differebant adversarii, Hadrianus enim vestibus luxuriosis et ornamentis splendidis vestitus erat[5]), Aristides vestimenta pretiosa neglexit[6]).

3. De ratione quae intercedat inter Hadrianum et Chrestum.

Deinde interesse aliquid inter Chresti et Hadriani mores ex eo apparet, quod homullus aliquis Athenis *τῷ μὲν οὖν Ἀδριανῷ προςκεκρούκει διὰ τὴν εὐχέρειαν τοῦ ἤθους, Χρῆστον δὲ τὸν ἐκ Βυζαντίου σοφιστὴν ἐθεράπευεν* (V. S. II 10, 5 sq.). Permultos habuit Chrestus discipulos[7]), quem Athenienses cathedrae sophisticae praefici cupiebant, postquam Hadrianus Romanam accepit. De elocutione nil comperimus nisi eum Herodis Attici sermonem, si diutius vixisset, et facultatem ex tempore dicendi assecuturum fuisse. Neque vero diligens atticista fuisse videtur, cum etiam Philostratus amicus eum nondum Herodis elocutionem assecutum esse concedat et permulti de eius auctoritate dubitarent, sicuti de Scopeliani (V. S. II 11, 1. I 21, 1). Eiusque optimum discipulum, Hippodromum

---

[1]) Cfr. p. 82 sqq.
[2]) Ranke, Pollux et Lucianus p. 34 sq.
[3]) Cfr. p. 68 sq.
[4]) V. S. II 10, 4.
[5]) V. S. II 10, 4.
[6]) or. 49, II 494.
[7]) Sievers, Das Leben des Libanius p. 38.

dico (V. S. II 11, 1), quem Philostratus eximia laude ornat (V. S. II 27), veteres scriptores Atticos licentius imitatum esse constat cum Polemone comparatum (V. S. II 27, 3). Cuius cum discipulo Philostrato Lemnio Philostratus vitarum sophistarum auctor artissimo amicitiae (V. S. II 33, 4) et adfinitatis[1]) vinculo coniunctus erat, ut hunc ipsum quoque a partibus Chresti et Hippodromi fuisse verisimile sit. Huc accedit, quod eos magistros, qui ex disciplina Hadriani erant, castigat, velut Antipatrum his verbis (V. S. II 24, 1): *Ἀδριανῷ τε καὶ Πολυδεύκει φοιτήσας ἀπὸ τοῦ Πολυδεύκους μᾶλλον ἥρμοσται τὰς ὁρμὰς τῶν νοημάτων ἐκλύων τοῖς τῆς ἑρμηνείας ῥυθμοῖς.* Ob id ipsum in Pollucem vehementer invehitur. Deinde adversus Proculum quoque Naucratitam, cuius in disciplinam se tradiderat (V. S. II 21, 1), cum is Hippodromum insectatus esset, ab Hippodromo stetit (V. S. II 27, 3). Quin etiam cum dicit „*ἡμεῖς μὲν ᾠόμεθα*", verisimile est, Philostratum inter Hippodromi quoque discipulos fuisse[2]), praesertim cum Philostratus quoque Lemnius ex Hippodromi secta esset (V. S. II 27, 5), Philostratus noster complures magistros haberet (V. S. II 21, 1), Hippodromum summis laudibus efferat. Usus est Philostratus ratione atticissandi neque Aristidis severissima, neque Hadriani et Pollucis liberiore, sed condire tantum vult sermonem vocibus Atticis[3]). Quod ipse nobis exposuit in vita Critiae V. S. I 16, 5 *ἀττικίζοντά τ' οὐκ ἀκρατῶς, οὐδ' ἐκφύλως (τὸ γὰρ ἀπειρόκαλον ἐν τῷ ἀττικίζειν βάρβαρον) ἀλλ' ὥσπερ ἀκτίνων αὐγαὶ τὰ Ἀττικὰ ὀνόματα διαφαίνεται τοῦ λόγου.* Itaque Philostratus Scopelianum quoque inter sophistas numerat, quem severiores e sophistarum societate segregabant, (V. S. I 21, 1) et celeberrimos laudat Chrestum et Hippodromum, quorum ex secta ipse erat. Philostrati igitur ratio et usus consentiunt cum Hippodromi et Chresti. Doluisse eum, quod Chrestus cathedrae sophisticae praepositus

---

[1]) Schmid, Der Atticismus IV p. 1sqq.

[2]) Schmid, Der Atticismus I p. 201, cfr. Gellium de Herodis discipulis N. A. IX 2.

[3]) Schmid l. l. IV p. 10, Norden l. l. I p. 359, 368, 390. Wilamowitz, Die griech. Literatur p. 146.

non esset, vel ex eo apparet, quod in Theodoti vita legimus (V. S. II 2) *προὔστη δὲ καὶ τῆς Ἀθηναίων νεότητος πρῶτος ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μυρίαις. καὶ οὐ τοῦτό πω λόγου ἄξιον, οὐδὲ γὰρ πάντες οἱ ἐπιβατεύοντες τοῦ θρόνου τούτου λόγου ἄξιοι.* Nam Philostratum cum haec scriberet, de Polluce quoque cogitasse quis est qui neget? Qua ex re Polluci maiora vitia attribuit quam quae credi possint, Chrestum autem optimum Herodis Attici discipulum appellat, quamquam Herodes ipse Hadrianum praetulit Chresto.

4. De Polluce Hadriani discipulo, Phrynicho Aristidis aemulo et laudatore.

Iam intellegimus Herodis atticistae discipulos celeberrimos tres sectas condidisse. Ac severissimae praefuit Aristides, qui in electione quoque verborum ad Demosthenis, Platonis, Thucydidis exempla sese conformavit et ne unam quidem vocem nisi ex veteribus sumptam adhiberi voluit. Mediam tenuit Hadrianus, qui ex permultis scriptoribus veterum hausit, Chrestus vero licentiorem atticissandi rationem secutus ornavit tantum sermonem vocabulis Atticis.

De ratione quae intercedat inter Hadrianum et Pollucem satis egimus[1]). Secutus est Pollux Hadrianum in electione verborum, defecit ab eo in compositione. Atque abhorret ab Hadriani elocutione Gorgiana, quod a scholiasta ad Luciani Rhetorum praeceptorem p. 174 R nobis traditur: *ὁ γὰρ Πολυδεύκης ἐπαγωγότερος ἦν τοῦ αὐχμηροῦ καὶ κατακόρου διαναπαύων τὸν λόγον· ἐχρῆτο γὰρ διηγήμασιν, οὐ μέντοι καὶ τέχνην παρεδίδου λόγου, ὅπως ἡ διήγησις διαχέῃ τὴν αἴσθησιν κατὰ* (*κατά* coni. Rabe, *καί* cod. V.) *τὸ τῶν λέξεων καινότερον, ὡς ἐν ταύταις μόναις τοῦ παντὸς ἔργον κειμένου τοῖς λόγοις.* Altera cum parte huius iudicii consentit Philostratus V. S. II 12, 2 *πλὴν ἀλλ᾽ εἰσί τινες ἡδονῶν λιβάδες διακεκραμέναι τοῦ λόγου.* Deinde Pollux, qui pro Chresto cathedrae praefectus est so-

1) Cfr. p. 47, 69, 80 sq.

phisticae, adversarium habuit Chrestum (V. S. II 11, 3)[1]) et Athenodorum Chresti discipulum (V. S. II 14), qui ipse quoque ut Chrestus Hippodromus Philostratus temperatum atticismum coluit. Hadrianum autem, qui propter eximiam dicendi facultatem in suspicione artis magicae erat (V. S. II 10, 9 *οὕτω τι εὐδόκιμος ὡς καὶ πολλοῖς γόης δόξαι*), Pollux defendere videtur, cum medio in onomastico (IV 47) legamus: *ὅςτις δὲ βούλοιτο κακίζειν σοφιστήν, τούτῳ ὑπάρχει λέγειν· γόης.*

Aristidem autem qui propter rationem atticissandi nimis severam rigidamque nullos fere habuit discipulos, unus aemulatus est Phrynichus. Nam in praefatione l. XI quem ad Menodorum misit amicum[2]), Aristidem valde laudat p. 101a, 15 *ὁ δὲ ἐφεξῆς Μηνοδώρῳ προςπεφώνηται πάλιν, ἐν ᾧ καὶ Ἀριστείδου τοῖς λόγοις (ὥς φησιν) ἐντυχὼν ἄρτι, τότε ἀκμάζοντος, πολὺν τοῦ ἀνδρὸς ἔπαινον ποιεῖται κτλ.* et adversariorum Aristidis ita mentionem facit, ut eos castigare videatur. Tum Phrynichus Phavorinum acerbissimis verbis reprehendit[3]) qui amicus erat Herodis (V. S. I 8, 4) Aristidis adversarii, et adversarius Polemonis (V. S. I 25, 12) magistri Aristidis. Denique cum Phrynichus Phavorinum irrideat, quod *πρῶτος τῶν Ἑλλήνων* appellari voluerit, quis non intellegit respicere eum ad Aristidem amicum, quem hac laude dignum esse putabat, quam Aristides ipse sibi vindicaverat[4]) et posteriores inde a Libanio, atticista IV. s. diligentissimo, usque ad Scaligerum[5]) tribuere non dubitabant?

Quin etiam eosdem veterum scriptores, quos Aristides sibi proposuerat imitandos, Phrynichus quoque optimos testes sermonis Attici habet, Demosthenem Platonem Thucydidem[6]), quos coniunctos laudat Phrynichus n. 287 p. 366 R. 312 L.

---

[1]) Cfr. p. 81.
[2]) Photius cod. 158 p. 100.
[3]) Cfr. p. 20 sq.
[4]) Cfr. p. 79.
[5]) Schmid, Der Atticismus II p. 16 adn. 33.
[6]) Cfr. p. 18 sq.

Quibus ex rebus apparet Phrynichum aut discipulum fuisse Aristidis aut ex eadem disciplina sodalem. Ac sicut inter Aristidem et Hadrianum, ita inter Pollucem Hadriani discipulum et Phrynichum Aristidis aemulum controversiae summae intererant, ut non propter suas ipsorum opiniones inter se alienas inimicitias exercuisse, sed ex disciplina suscepisse rationes et inimicitias existimandi sint.

5. De Alexandri Cotyaeensis sive de Aristoclis secta Pergamena.

Verumtamen iam interiora huius quaestionis difficillimae adire nos posse puto. Phrynichus enim Aristocli Pergameno atticistae[1]), qui ex philosopho sophista factus est Herode Attico ab a° fere 143 usque ad a^{m} 147 Romae docente[2]), libros dedicavit 1, 2, 3, 10, 13 atque in l. IX ad Claudium Rufinum[3]) missi praefatione dixerat p. 101 a, 11 *αἴτιον μὲν τοῦ ἀπάρξασθαι τῆς συγγραφῆς Ἀριστοκλέα γενέσθαι, τοῦ δὲ ἐπὶ πέρας ἐλθεῖν αὐτὸν αἴτιον ἔσεσθαι, ὅτι ἐντυχὼν τοῖς γεγραμμένοις τότε χρήσιμον συνιδεῖν ἔσχε καὶ ἐπαινέσειε τὸν πόνον.* Claudium Rufinum (V. S. II 25, 1) nunc non curamus. Sed quod gravissimum est ad nostram quaestionem, Phrynichum ab Aristocle Pergameno incitatum esse ad lexicon suum componendum nunc scimus. Eiusdem autem Aristoclis discipulus erat Aristides (V. S. II 9, 1) et Aristoclem atticistam, qui Pergami apud adulescentes summa auctoritate florebat, sermonem vere Atticum coluisse constat (V. S. II 3, 2).

Phrynichus igitur et Aristides amicissimi qui eandem rationem atticissandi profitentur, quorum Phrynichus se ab Aristocle ad lexicon in atticistarum usum componendum incitatum esse dicit, ab eodem praeceptore pendent. Nonne probabile est, Aristoclem quoque Pergamenum severissimae

---

[1]) K. Lehrs, Quaestiones epicae 1837 p. 8 sqq. Schmid, apud Pauly-W. II p. 937.

[2]) Schultess, Herodes Atticus p. 12 sq.

[3]) Westermann, apud Pauly VI p. 561.

rationi atticissandi studuisse, praesertim cum Aristides hanc rationem summis laudibus efferat?[1]). Nam quamquam Aristocles fortasse, quod ratione sibi proposuit, usu assecutus non est, tamen discipuli eius, Aristides et Phrynichus, quod praeceptor instituit, ad perfectionem absolutionemque perduxerunt. Qua in re fortasse evenit, ut Phrynichus Aristidem sodalem adaequare conatus sit.

Huic sententiae obstare videtur, quod Philostratus Herodem Aristocli favisse narrat. Sed accedit quod Aristides et Phrynichus non solum Aristoclis in disciplinam se dederunt, sed etiam uterque ab Alexandro grammatico Cotyaeensi pendet. Nam Aristides Alexandri quoque discipulus erat[2]). Deinde cum et Herodiani Philhetaerus[3]) saepe cum Phrynicho faciat, ut ex eodem fonte hausisse videantur[4]), et Philhetaerus ab Alexandro Cotyaeensi pendeat[5]), equidem dubium non iam esse puto, quin Phrynichus quoque ex Alexandro hauserit, qui *περὶ παντοδαπῆς ὕλης* 24 libros scripserat[6]). Denique Aristoclem, cum Phrynichum ad onomasticon componendum moverit, ipsum quoque cum Alexandro Cotyaeensi fecisse puto. Aristocles autem Romae sophista factus est, quo tempore Alexander Romae florebat, ut dubitari vix possit, quin Aristocles Alexandri quoque grammatici disciplina usus sit. Alexandrum Cotyaeensem autem Pergami instructum esse verisimile est propter propinquitatem oppidorum, Pergami claritatem, bibliothecae thesauros, quibus cum rhetor tum criticus carere non potest, ut quamquam Romae atticissari coeptum est, tamen Pergami II p. Chr. n. saeculo eam atticistarum sectam floruisse intellegamus, quae severissima appellanda est[7]). Quae secta imprimis X oratores,

---

1) Cfr. p. 79.

2) Wentzel, apud Pauly-W. I p. 1455.

3) Reitzenstein, Gesch. d. griech. Etymologica p. 377.

4) Cohn, Rhein. Mus. XLIII 1888 p. 412.

5) Reitzenstein, l. l. p. 389.

6) Stephanus Byz. p. 379, 8 M.

7) Itaque hac quidem in re consentio cum Cohnio, Rhein. Mus. XLIII pag. 40.

Platonem, Thucydidem imitari studebat, summus autem habebatur Demosthenes. Demosthenem aemulati sunt Aristides[1]) et Phrynichus, Demostheni statuam Polemo constituit Pergami.

[1]) Aristides igitur Alexandrum et Aristoclem secutus est, non Herodem Atticum, cuius adversarius sine dubio fuit, cfr. p. 81. Falsum igitur est, quod Schmid cuius diligentia adhuc semper laudanda erat, de hac re exposuit (Der Atticismus II p. 8 adn. 17).


Indices.

1. Conferuntur (primum).

2. Emendantur.

3. Index nominum.

4. Index rerum.



Alexander Cot.
Polemo
Favorinus
Herodes Atticus
Aristocles
Theodotus
Aristides
Hadrianus
Chrestus
Herodianus
Phrynichus
Pollux
Athenodorus
Pausanias
Heraclides
Hippodromus
Philostrati
Lineae significant: discipulos
amicos
adversarios
cathedrae professores

VITA.

Natus sum Mauritius Naechster Glashuettae in oppido Saxoniae ex horologio ab Adolpho Lange et arithmometro ab Arthuro Burkhardt inventis nobilitato a° 1882 mensis Decembris die 21. patre Mauritio matre Emma e gente Lange. Fidei addictus sum evangelicae. Literarum rudimentis imbutus a° 1894 progymnasium Missniense, a° 1896 scholam Afranam adii, quae tunc Hermanno Peter rectore florebat. Maturitatis testimonio instructus postquam a^{is} 1902/03 Dresdae in altera praetorianorum cohorte stipendia merui, Munachiam me contuli, ut archaeologiae, historiae, philologiae studiis me darem. Post annum academiam Berolinensem (aestate 1904), denique Lipsiensem (hieme eiusd. a^{i}) accessi.

Docuerunt me viri doctissimi Crusius, Furtwaengler, Guettler, de Heigel, Lipps, de Mueller, Poehlmann, Weymann Munachienses, Diels, Harnack, Kekule de Stradonitz, Lasson, C. F. Lehmann, Ed. Meyer, Schiemann, E. Schmidt, de Wilamowitz-Moellendorff, Wulff Berolinenses, Brugmann, O. Fischer, R. Heinze, R. Hofmann, Jungmann, Lamprecht, Lipsius, Marx, Seeliger, Studniczka, Wilcken, Wundt Lipsienses.

Seminariis interfui archaeologis Furtwaengleri per duo, Kekulei per unum, Studniczkae per sex semestria, historicis Poehlmanni per unum, Lamprechtii per tria, paedagogico Jungmanni per duo semestria, philologis Crusii per unum, de

Muelleri per duo, Woelfflinii per unum, Marxii Lipsiique per duo semestria. Exercitationes frequentavi philologas Weymanni, Thomae, Immischii, archaeologas Schreiberi, metricas Marxii.

Quibus praeceptoribus cum omnibus tum Lippsio Harnackio Wundtio, Furtwaenglero Kekuleio Studniczkae, Crusio Wilamowitzio Marxio, nec non Lipsio et Lamprechtio gratias habeo quam maximas.

Typis Reinholdi Berger Luckaensis.